Augustinus. **Creatura** quoqz spiritualis vt est anima in cōparatione quidez corporis est simplex. sine cōparatione vero corporis est multiplex et nō simplex. Que ideo simplex dicit respectu corpis. qz mole non diffundit per spacium loci. ꝗ in vnoquoqz corpe. et in toto tota est. et in qualibet eius pte tota est. Et idō cum sit aliquid in quauis exigua pticula corporis qō sentiat anima quamuis non fiat in toto corpore. illa tamen tota sentit quia totam non latet. Sed tñ nec in ipsa anima vera simplicitas est.

Aug. Cuz em̄ aliud sit artificiosum esse aliō inertem. aliud acutum. aliud memorē aliud cupiditas. aliud timor. aliud leticia. aliud tristicia. possuntqz hec z alia huiusmodi innumerabilia in anime inueniri natura et alia sine alīs. z alia magis alia minus. Manifestuz est nō simplicem sed multiplicē esse naturam Nichil em̄ simplex mutabile est. omnis autē creatura mutabilis est. nulla ergo creatura vere simplex est. Deus vero et si multipliciter dicat. vere tamen et summe simplex est. Dicit enim magnū bonus. sapiens. beatus. verus. z quid quid aliud non indigne dici videt. sed eadem magnitudo eius est que sapientia. Non em̄ mole magnus est sed virtute. et eadez bonitas que sapientia et magnitudo et veritas. et non est ibi aliud ipsum beatum esse. et aliud magnum aut sapientem. aut verum aut bonum esse. aut omnino esse.

Quomō deus simplex.

Aug.

Qualiter cuz deus simplex sit multiplex tamen dicatur.

Hic diligent notandum est cum dicat aug. solum deuz vere simplicem esse. cur dicat eundem multipliciter dici. ꝗ hoc non ppter diuersitatem accidentiū vel partiuz dicit sed ppter diuersitatem ac multitudinē nominuz. que de deo dicunt. que licet multiplicia sint vnum tñ significant scz diuinam naturā hic em̄ non ita accipiūtur. cum de illa incōmutabili eternaqz substantia incōparabiliter simpliciore q̄z est humanus animus dicuntur. quē admodū cum de creaturis dicunt Vn de aug. in. vj. li. de trini. deo est hoc esse. qō est fortem esse vel sapientē esse vel iustum esse. et si quid de illa simplici multiplicitate vel multiplici simplicitate dixeris. quo substantia eius significetur. humano autem animo non est hoc esse qō est fortem esse. aut prudentem. aut iustū Potest em̄ esse animus et nullā istarum habere virtutem.

Aug.

Tanta ē dei simplicitas q̄ nulli predicamentoꝝ subicitur.

Quod autem in natura deitatis nulla sit accidentium diuersitas. nullaqz penitus mutabilitas. sed perfecta simplicitas. ostendit aug. in. v. li. de trini. dicens. Intelligamus deum quantum possumus. sine qualitate bonum. sine quantitate magnum. sine indigentia creatorem sine situ presidentē. sine habitu omnia continentem. sine loco vbiqz totum. sine tempore sempiternū. sine vlla sui mutatione mutabilia facientem. nichilqz patiēntem. Quisquis deum ita cogitat. et si nondum potest omnino inuenire q̄d sit pie tamen caueat quantuz potest aliqd de illo sentire q̄ non sit. Ecce si subtiliter intendas ex his atqz predictis aperitur illa predicamenta artis dyaletice dei nature minime conuenire. q̄ nullis

Aug.

Aug.

est subiecta accidentibus.

Qd deus non proprie sed abusiue dicitur substātia.

Aug. Unde ne ꝓprie dicit substantia vt aug. ostendit in li. vij. de trini. Sicut ab eo quod est esse appellat essentia. ita ab eo quod est subsistere substantiā dicimus. si tamen dignum est vt deus dicat subsistere. Hoc em̄ de his rebus recte intelligit in quibus subiecti sunt ea que in aliquo subiecto esse dicunt sicut in corpore color aut forma. Corp⁹ em̄ subsistit. et ideo substantia est. Res vero mutabiles. neq; simplices ꝓprie dicunt substātie Deus autez si subsistit vt substantia ꝓprie dici possit. inest in eo aliquid tāq̄ in subiecto et non est simplex. Nephas autem est dicere vt subsistat deus. Et subsit bonitate sue atq; illa bonitas nō substantia sit vel potius essentia. Neq; ipse deus sit bonitas sua. sed in illo sit tanq̄ in subiecto. Unde manifestuz est deum abusiue substantiā vocari. vt nomine visitatiore intelligatur essentia. quod vere ac ꝓprie dicitur. ita vt fortasse solum deum dici oporteat essentiam. Est em̄ vere solus. quia incommutabilis est.

Qd non est aliquid in deo qd non sit deus.

Huius autem essentie simplicitas ac sinceritas tanta ē q̄ non est in ea aliquid quod non sit ipsa. sed idem est habens ⁊ qd habetur. Hylarius. Unde hylarius in. vij. li. de trini. ait Non ex compositis deus qui vita est subsistit. neq; qui virtus est ex infirmis continetur. neq; qui lux est ex obscuris coaptat. nec qui spiritus est ex disparibus formalis est. totum quod in eo est vnum est. Idem. Idem in. viij. li. de trinita. Non humano modo ex cōpositis deus est. vt in eo aliud sit qd ab eo habetur. et aliud sit ipse qui habeat. sed totum vita est. natura scz perfecta et infinita. et non ex disparibus constituta sed viuens per totū ipsa. De hoc eodem boetius in. j. li. de tri. ait. Boecius. Quo circa hoc vere vnum est in quo nullus numerus. nulluz in eo aliud preter id qd est. neq; em̄ subiectū fieri potest. Aug⁹. quoq; in li. de fide ad petrum dicit. Aug. In dei substantia non est aliquid quod nō sit substantia quasi aliud sit ibi substantia aliud quod accidat substantie. sed quidquid ibi intelligi potest substantia est. verum hec dicit possunt facile et credi videri autez nisi puro corde omnino nō possunt. Item in. xv. li. de trini. Sic habetur in natura vniuscuiusq; triū. vt qui habet hoc sit qd habet. sicut ī mutabilis simplexq; substantia. Ysidorus. Uñ ysidor⁹ ait. Deus simplex dicit siue non amittendo quod habet seu qd aliud non est ipse. et aliud quod in ipso est. Et cum tante simplicitatis atq; sinceritatis sit natura diuina. est tamen in ea trinitas personaꝝ. Unde aug. in li. xj. de ciuitate dei ait. Non ꝓpter hoc naturam summi boni simplicem dicimus quia ē pater in ea solus. aut filius in ea solus aut spiritussanctus in ea solus. i. qz est sola ista nominum trinitas sine subsistentia personarum. sicut sabelliani putauerunt. Sed ideo simplex dicitur. quia est hoc quod habz. excepto qd relatiue queq; ꝑsona ad alteram dicitur nec est ipsa. Nam vtiq; pater habet filium ad quez relatiue dicitur. nec tamē est filius ⁊ fili⁹ habet patrē. nec tñ ipse est pater. in quo vero ad semetipsuz dicitur nō ad alterū. hoc est qd habet sic̄ ad semetipsuz dicit. viuus habendo vitam et eadem vita est ipse. Propt̄ hoc itaq; natura hec dicitur simplex qd nō sit aliud habens et aliud id quod habet sicut in ceteris rebus est. Non em̄ habēs liquorem liquor est. nec corpus color. nec anima est sapientia. Ecce quāta est ydemptitas. quanta est vnitas. immutabilitas. simplicitas. puritas di

uine substantie. iuxta infirmitatis nostre valitudinem assignauimus.

De distinctione personarum.

DI. IX. Aug.

Nunc ad distinctionem psonarum accedamus. Teneamus ergo vt docet aug. in li. de fide ad petrũ Patrem et filiũ et spiritum sanctũ vnũ esse deum naturaliter nec tamen ipsuz patrem esse qui filius est. nec filiuz esse ipsum qui pater est. nec spiritũ sanctuz esse ipsum qui pater est aut filius. Una em̃ est essentia patris et filij et spiritus sancti. In qua non est aliud pater. aliud filius. aliud spiritussanctus. q̃uis personaliter. alius sit pater. alius filius. alius spiritussantus.

Hic de coeternitate filij cũ pr̃e

Penitus ẽ enim a patre filius. et ideo alius. nec tamen ante fuit pater q̃ filius. Coeterne em̃ sunt sibi tres persone.

Argumentatio arrianorum.

Ambrosius.

Sed contra hoc iquit hereticus vt refert ambrosi' in p̃mo libro de trinitate. Omne quod natum est principium habet. ⁊ ideo quia filius natus est. principium habet. ⁊ esse cepit. q̃d hereticorum ore sic dictum est. Nam ipse arrius vt meminit aug. in. vj. li. de trini. dixisse fertur. Si filius est. natus est. si natus est. erat quãdo non erat filius.

Responsio aug. catholica.

Aug.

Qui hoc dicit nõ intelligit etiam natum esse deo. sempiternumq̃ esse vt sit coeternus patri filius. sicut splendor qui gignitur ab igne atq̃ diffunditur. coeuus est igni. et esset coeteruus si ignis esset eternus.

Oppsitio aug. cõtra hereticũ.

Item in eodem si dei filius inquit aug. virtus et sapiẽtia dei est. nec vnq̃ fuit deus sine virtute et sapientia. coeternus est deo patri filius. Dicit autem apostolus xp̃m esse dei virtutem et dei sapientiam. aut ergo nõ fuit. quando. nõ fuit filius. aut aliquando deus non habuit virtutez et sapientiam q̃d dementis est dicere. cõstat em̃ quia semper habuit sapientiaz semper ergo habuit filium.

Responsio ambrosij ad idem autoritate fulat.

Amb. in eod

Eidez quoq̃ arrianice questio in ambro. in hunc modum respondet. Ego in quam filiũ esse natum confiteor quod reliquum est impietatis horresco. Scriptum est enim in veteri testamento vt vel vnuz de pluribus dicam. ante me non fuit alius deus et post me non erit. quis ergo hoc dicit pater an filius. Si filius ante me inquit. non fuit alius deus Si pat̃ post me inquit non erit. hic priorem et ille posteriorem non habet. Inuicem enim in se et pater in filio et filius in patre cognoscitur.

Ratione vtitur ambrosius cõtra heriticum.

Cum enim patrem dixeris eius etiam filium designasti. quia nemo ipse pater est sibi. Cum filium nominas etiam patrem fateris. quia nemo ipse sibi filius est Itaq̃ nec filius sine pr̃e. nec pater põt esse sine filio Semp̃ ergo pater. semp̃ ⁊ filius.

Inuectio ambrosij contra hereticum.

Item dic inquã michi heretice. fuit nequando omnipotens deus. pater non erat. et deus erat Nam si pater esse cepit. deus ergo primo erat. et postea pater factus ẽ. Quomodo ergo immutabilis de' est. Si em̃ ante deus postea pater fuit. vtiq; generationis accessione mutatus est. sed auertat deus hanc amentiam.

Ineffabile ẽ quomodo filius sit ⁊ non habeat patrem priorem. sicut modus generatõis intelligibilis ⁊ ineffabilis est.

Ambrosius.

Sed q̃ris a me ĩquit ambro. quomodo si filius sit. non priorem habeat patrẽ. quero item absque quando vel quomodo filiũ putes esse generatũ. Michi enim impossibile est generationis scire secretũ. Deus deficit. vox silet. non mea tantũ sed et angelorum supra potestates et supra angelos et supra cherubin et supra seraphin et supra omnem sensum est. quia scriptum est. Pax xpi supra omnẽ sensum ẽ. Et si pax xpi supra omnẽ sensũ est. quomõ non est supra omnem sensuz tanta generatio. Tu ergo ori manum admoue. scrutari non licet superna misteria. licet scire q̃ natus sit non licz discutere quomodo natus sit. Illud michi negare non licet. hoc querere met' est. Ineffabilis em̃ est illa generatio. Vnde ysaias. Generatõnem eius quis enarrabit.

Quidam presumũt discutere generationis seriem.

Quidam tamen de ingenio suo presumentes. dicũt illã generationem posse intelligi et alia huiusmodi inherẽtes illi autoritati iero. super eccle. In sacris scripturis quis sepissime nõ pro impossibili sed pro difficili ponitur vt ibi. Generationẽ eius quis enarrabit. Sed hoc non dixit Iero. ideoq; generatõ filij eterna plene intelligi vel explicari possit a quoq̃ mortalium. sed quia de ea aliquid intelligi vel dici potest. Quidam tũ hoc accipiunt dictũ de tpali xpi generatione.

Vtrũ debeat dici semper gignit̃. vel semp̃ genitus ẽ filius.

Hic queri potest cum generatio filij a patre nec principium habeat nec finem. quia eterna est. vtrum debeat dici filius semper gignitur. vel semper genitus est. vel semper gignetur. De hoc gregorius super iob ait. Dñs deus ihesus in eo q̃ virtus et sapientia dei est. de patre ante tempora natus est. vel pocius quia nec cepit nasci. nec desijt. dicamus verius semp̃ natus non autẽ possumus dicere semp̃ nascitur. ne imperfectum esse videatur At vero vt eternus designari valeat. et pfectus. et semper dicamus et natus quatenus et natus ad pfectionem pertineat. et semper ad eternitatem. quamuis per hoc ipsum q̃ pfectum dicimus. multum ab illius veritatis expressione deuiamus. quia quod factuz non est nõ potest dici ꝓprie perfectum. sed balbuciendo vt possumus excelsa dei resonamus. vt dñs noster infirmitatis verbis condescendens estote inquit perfecti sicut et pater vester celestis pfectus est. Super illum locum etiam psalmi. ego hodie genuite. De hac generatione filij ita loquit̃ aug̃. Quãq̃ per hoc q̃ dicit hodie possit etiam intelligi dies ille quo xps fm hominem natus est. tamen quia hodie presentiaz signat. atq; in eternitate neq; preteritũ quicq̃ est quasi esse desierit. neq; futurum quasi nõdum sit. sed presens tantũ. qz quidquid eternum est semper est. diuinitus

Gregorius.

Aug̃.

accipitur de sempiterna generatione sapientia dei. Ecce hijs vbis ostendit aug. q generatio filij semper est nec p̄terijt. nec futura est qz eterna est Ideo em̄ dixit genui scz ne nouum putaretur ne videretur incepisse. hodie dixit ne p̄terita generatio videretur. Ex his ergo verbis pphete vt ait iohannes criso'. nichil aliud manifestatur nisi quia ex ipsa essentia p̄is semp genit' ē fili'

Origenes videt' dicere contrarium ait enim q semper generatur filius a patre.

Origenes vero

super ieremiam dicit. quia filius semper generatur a patre. hijs verbis saluator noster est sapientia dei. sapientia vero est splendor eterne lucis. Saluator ergo noster splendor est claritatis. splendor aūt non semel nascitur et desinit. sed quotiens ortum fuerit lumē ex quo splendor oritur. totiens oritur etiam splendor claritatis. Sic ergo saluator semper nascitur. Vñ ait in li. sapiē tie. ante omnes colles generat me. Nō vt quidam male legunt generaui Hijs verbis apte ostendit origenes sane dici posse et debere filius semper nascit' quod videtur contrariuz illi verbo gregorij premisso. scz non possumus dicere semper nascitur.

Origenes.

Exponit premissa verba gregorij. ne putetur inter doctores esse contrarietas.

Sed ne tantiau

tores sibi contradicere in re tanta videantur illa verba gregorij benigne interpretemur. Dominus inquit ihesus ante tempora natus est de patre. vel potius quia nec cepit nasci. nec desijt. dicamus verius semper natus.

Questio de ipsis verbis gregorij.

Questō de ipsis vbis gregorij

Sz quomodo verius

dicitur hoc scilicet q filius semp natus ē q̄z illud scz q de patre ante tē pora natus est. Illud enim sincera z catholica fides tenet ac p̄dicat vt illud.

Hic soluit.

Quare ergo ait

dicamus verius cum vtrumq pariter sit veruz nisi quia volebat intelligi hoc ad maiorem euidentiam et expressionem veritatis dici q̄z illud. His etem̄ verbis omnis calumniandi versutis hereticis obstruit' aditus. quibus xp̄i secundū deitatē generatio sine inicio z sine fine esse. ac perfecta monstrat. Non autez an deo apte manifestat' veritas cum dicitur filius ante tempora genit' est de patre. vel filius semper nascitur de patre. Et ideo dicit gregori' q non possumus dicere semper nascitur. non inquā ita conuenienter. nō ita congrue ad explanationē veritatis. Potest tamen dici si sane intelligatur. semp em̄ nasci' filius de patre. vt ait origenes. non q quotidie iteretur illa generatio sed quia semp est. semper ergo nasci'. id est natiuitas eius sempiterna est.

Quia filij' semper gignatur ex dictis hylarij.

Qd filius semper generatur cōfirmatur ex dictis hilarij.

Hilarius quoqz

dicit filium nasci ex patre in li. vij. de trinita. his verbis. viuens deus z natura eterne viuentis. potestas est. et q cum sacramento sciētie sue ex eo nasci'tur. nō potuit aliud esse q̄z viuens. Nā cum ait. sicut misit me viuens pater. et ego viuo per patrem. docuit vitam in se. per viuentem patrem in esse. Ecce hic habes quia filius nascitur ex patre Item in eodem. Cum dicit cristus sic̄ pater habet vitam in se. sic et filio dedit vitam habere in semetipso. omnia

Hylarius.

viua sua ex viuente testatus est. Qui autem ex viuo viuum natũ est habet natiuitatis pfectum. sine nouitate nature. Non enim nouũ est q̃ ex viuo generatur in uiuum. qz nec ex nichilo est. z vita q̃ natiuitatẽ sumit ex vita. necesse est. p nature vnitatẽ. z pfecte natiuitatis sacramentũ vt z inuiuente viuat. z in se habeat vitã viuentẽ. Ecce z hic habes quia generatur ex viuo viuẽs filius.

Attende totũ qd̃ in deo ẽ viuit

Item in eodem.

Hylarius. In deo totum qd̃ est viuit. deus enim vita est. z ex vita non pōt quicq̃ esse nisi viuũ. neq̃ ex deriuatione. sz ex vtute natiuitas est. Ac sic dñ totum qd̃ est viuit. z dum totũ qd̃ ex eo nascit. virtus est. habet natiuitatẽ filius. nõ demutationẽ. z hic dicit qd̃ nascit. Item in. ix li. donat pater filio tm̃ esse quantũ est ipse cui innascibilitatis esse ymaginez sacramento natiuitatis impartit. quez ex se in forma sua generat. hic dicit q̃a generat pater filium.

Item. in. ix.

Breuiter docet quid de hoc cõcedendum sit.

Dicam' ergo filium natũ de patre ante tpa z semp nasci de patre. sed ꝓgruentius semp natũ z eundẽ fateamur ab eterno esse. z patri coeternũ. i. auctori. pater enim generatione auctor filij est. vt in sequẽtibus ostendet. Vt ergo pater est eterni. ita et filius eternus. sed pater sine auctore filius vero non. qz pater innascibilis ẽ filius natus. Et vt ait hylarius in. xij li. de tri. aliud est sine auctore semp esse eternũ. aliud ẽ patri. i. auctori esse coeternũ vbi aũt pater auctor est. ibi z natiuitatis ẽ. qz sicut natiuitas ab auctore ẽ. ita et ab eterno auctore eterna est natiuitas Omne aũt qd̃ semp est etiam eternũ est. sed tm̃ non omne qd̃ eternum est etiaz innatuz est. qz qd̃ ab eterno nascit habet eternũ esse qd̃ natuz ẽ qd̃ aũt non natũ est. id cũ eternitate nõ natum ẽ. qd̃ vero ex eterno natuz ẽ. id si non eternũ natuz est. iam nõ erit z pater auctor eternus. Si quid ergo ei q̃ ab eterno patre natus ẽ. ex eternitate defuerit idipm̃ auctori nõ est ambiguũ defuisse. qz si gignenti est infinitũ gignere. et nascenti etiã infinitum nasci ẽ. Mediuz em̃ quid inter natiuitatẽ dei filij et generationẽ dei patris. nec sensus admittit. qz et in generatione natiuitas est. z in natiuitate generatõ est qz sine vtroq̃z neutrum est. vtrũq̃z ergo sine interuallo sui est.

Hylarius.

Hylarius.

Argumentatio heretici.

Bz inquit hereticus. Omne qd̃ natum est non semper fuit. quia in id natum est vt esset.

Responsio hylarij.

Nemo ambigit quin ea que in rebus humanis nata sũt aliquando nõ fuerint. Bz aliud est ex eo nasci qd̃ semp non fuit. aliud ex eo natũ esse qd̃ semp est Ibi nec semp fuit qui pater ẽ. nec semp pater est. et qui nõ semp pater ẽ. non semp genuit. vbi aũt semp pater est. semp filius est.

Quid sit ꝓpriuz patri z filio.

Quod si semper deo patri ꝓpriuz est q̃ semp est pat'. necesse est filio semp ꝓprium esse q̃ semp est fili' Quo ergo cadet intelligẽtiaz nostrã vt ñ fuerit semp. cui ꝓpriũ ẽ semp esse qd̃ natũ est. Natũ ergo vnigenituz deũ ꝓfitemur. ñ natũ ante tpa. nec aũ esse q̃z natum. nec ante natũ q̃z esse. qz nasci qd̃ erat. iam non tm̃ nasci est. sed seipsuz demutare nascẽdo. Hoc aũt hu

Hylarius.

manũ sensuz ⁊ intelligentiã excedit mũ di. Nõ hoc capit ratio humane intelligentie sz prudentie fidelis ꝓfessio est.

Hic de spũsancto agit ⁊ prius ꝙ amor patris ⁊ filij dicitur.

DI. X.

Nunc post filij eternitatẽ. de spiritusancto quantũ deo donante videre conceditur disseram⁹ spiritussanctus amor ẽ siue caritas siue dilectio patris ⁊ filij. Vñ aug. in. xv. li. de trini. ait. Spũssanctus nec patris ẽ solius. nec filij est solius sed amboꝝ ⁊ ideo ꝯmunez qua inuicem se diligũt pater et filius nobis insinuat caritatem.

Aug.

Quod spiritussãctus proprie dilectio dicatur et tamen trinitas sit dilectio.

Johãnes autez in epistola canonica ait. Deus caritas est. nõ dixit spũssanctus caritas ẽ. Qđ si dixisset absolutior esset sermo et non parua pars questionis decisa. sed quia dixit de⁹ caritas est. incertũ est. et ideo querendũ. Utꝝ deus pater sit caritas an filius. an spũssanctus. an de⁹ ipa trinitas. qꝛ ⁊ ipa nõ tres dij sz vnus deus est Ad qđ aug. in eodẽ li. ita dicit Nescio cur sicut sapientia. et pater dicit ⁊ filius ⁊ spũssanctus. ⁊ simul omnes nõ tres sed vna sapiẽtia. nõ ita ⁊ caritas dicat pater ⁊ filius ⁊ spũssanctus et simul omnes vna caritas. Nõ ideo tamẽ quisq̃z nos incõueniẽter estimet caritatem appellari spũmsanctuz. quia et de⁹ pater. ⁊ deus filius potest caritas nuncupari. sicut ꝓprie verbum dei etiã sapientia dei dicitur. cũ et pater et spiritussanctus sit sapientia.

Sicut verbuz dei ꝓprie dicit sapientia et tamen tota trinitas dicitur sapientia. ita ⁊ spiritussanctus ꝓprie dicitur caritas. et tamen pater et filius ⁊ spũssanctus dicitur caritas.

Si ergo ꝓprie aliquis horum triũ caritas nũcupari debet. q̃s aptius q̃z spũssanctus vt scz in illa simplici summaq̃z natura nõ sit aliud substãtia et aliud caritas. ꝑ substantia ipa sit caritas. ⁊ caritas ipa sit substãtia siue in pr̃e. siue in filio. siue in spũsancto. et tñ spũssanctus ꝓprie caritas nũcupet. Ecce his verbis aperte dicit aug. ꝙ in trinitate caritas aliqñ refertur ad substantiã. q̃ ꝯmunis triũ est ꝑsonaꝝ. ⁊ tota in singulis. aliqñ specialiter ad ꝑsonã spũssancti sicut sapientia dei aliquando ꝓ substantia diuina aliquando pro filio ꝓprie accipitur. ⁊ hoc in multis fieri reperitur.

Exẽplis cõfirmat eadẽ noĩa ⁊ proprie ⁊ vniuersaliter accipi

Pluribus enim exemplis doceri põt multa reꝝ vocabula. ⁊ vniuersaliter poni ⁊ ꝓprie quibusdã rebus adhiberi. sicut legis noĩe aliquando simul omnia veteris instrumenti significant eloquia. aliqñ autez ꝓprie vocat lex que data est ꝑ moysen Multa alia suppetũt exempla. sz in re aperta vitanda est lõgitudo sermonis Sicut ergo vnicũ dei v̄bum ꝓprie vocamus nomine sapientie cũ sit vniuersaliter et spũssanctus. ⁊ pater ipsa sapientia. ita spũssanctus ꝓprie vocabulo caritas nuncupat cum sit et pater. ⁊ filius vniuersaliter caritas.

Autoritatez ponit ꝙ filius ꝓprie dicatur sapientia.

Sed dei verbuz .i. vnigenitus filius dei apte est dict⁹ dei sapientia. ore apl̄i dicentis cristuz dei virtutẽ ⁊ dei sapientiã. Spũs autẽ

De spiritusancto testimonium q̃rit. ⁊ inuenit vbi dicatur esse caritas.

sanctus vbi sit dictus caritas. inuenim⁹ si diligenter iohãnis apostoli eloquiuz scrutemur. qui cũ dixisset. diligam⁹ inuicem. qꝛ ex deo est dilectio. adiũxit ⁊ omnis qui diligit ex deo natus est. q̃a dilectio deus est. Hic manifestauit se dixisse eaz dilectionẽ esse deuz q̃z dixit ex deo. Deus ergo ex deo est dilectio. sed qꝛ ⁊ filius ex deo patre natus est ⁊ spũssanct⁹ ex deo patre ꝓcedit quẽ potius eoꝝ. hic debeamus accipere dictũ esse dilectionez. merito querit̃. pat̃ em̃ solus ita de⁹ ẽ. vt nõ sit ex deo. ⁊ ideo dilectio q̃ ita deus est. vt ex deo sit. nõ ipse pater est. ꝑ aut filius aut spiritussanctus. Sed in ꝯsequentibus. cuz dei dilectõez ꝯmemorasset iohãnes qua dilexit nos. ⁊ hinc hortat⁹ esset. vt ⁊ nos inuicem diligamus. atq; ita deus in nobis maneat. qꝛ vtiq; dilectõez deũ dixerat. statim volẽs de hac re aptius aliquid eloqui. inquit in hoc ꝯgnoscimus qꝛ in ip̃o manem⁹. ⁊ ip̃e in nobis. qꝛ de suo spiritu dedit nobis Spiritus itaq; sanctus de quo dedit nobis facit nos in deo manere ⁊ ip̃m in nobis. hoc aũt facit dilectõ. Ip̃e est ergo deus dilectio. deus ergo spũssanctus qui procedit ex deo. significat̃ vbi legit̃ Deus dilectio est. et dilectio ex deo est. Ecce his verbis apte dicit aug̃. spiritũsanctum esse caritatem patris et filij̃. et in tantũ q̃z sermonem produxit. vt videatur dixisse spiritumsanctum non solum esse dilectionem patris et filij̃ qua se inuicem et nos diligunt. sed etiam dilectionẽ qua diligimus deum. Sed vtruz ipse sit caritas qua nos diligimus deum in sequẽti explicabitur.

Redit ostendere quod proposuerat scilicet quod spũssanct⁹ sit amor quo pater a filio et filius a patre diligitur.

Nũc vero quod incepimus ostendere curem⁹ scz. ss. dilectionem esse siue amorem patris ⁊ filij̃. quo scz pater diligit filiuz. et filius patrem. De hoc hieronim⁹ super. xiiij̃ psal. ait. Spiritussanctus nec pater est nec filius sed dilectio quaz habet pater in filiũ. ⁊ filius in patrem. Aug̃. quoq; in. vj. li. de trini. ait. In omnibus eq̃lis est patri filius. ⁊ est vnius eiusdẽq; substantie. Qua ꝓpter etiaz spũssanct⁹ in eadem vnitate substantie ⁊ equalitate consistit.

Jeronim⁹.

Quid sit spũssanct⁹ hic aperit̃

Siue enim sit vnitas amborum. siue sanctitas. siue caritas. manifestum est q̃ non aliquis duoꝝ est quo vterq; ꝯiungit̃. quo genitus a gignẽte diligat̃. genitorẽq; suuz diligat. sintq; nõ ꝑticipatõne sz essẽtia sua neq; dono supioris alicuius. ꝑ ꝓprio suo seruãtes vnitatem spũs in vinculo pacis. Ecce hic habes spũmsanctum esse quo filius diligitur a p̃re. ⁊ pater a filio. ⁊ quo illi duo seruãt vnitatẽ pacis. Spiritus ergo sanctus vt ait aug̃. in eodez ꝯmune est aliquid patris ⁊ filij̃ quidq̃d illud ẽ. At ipsa ꝯmunio ꝯsubstantialis ⁊ coeterna est. que si amicicia ꝯuenienter dici potest. dicat̃. sed aptius dicit̃ caritas. ⁊ hec quoq; substãtia. qꝛ deus substantia est. ⁊ deus caritas est. Tria ergo sunt ⁊ nõ amplius. vnus diligens eum qui de illo est. ⁊ vnus diligẽs euz de quo est. ⁊ ip̃a dilectio. Que si nichil est. quomõ deus dilectio est. Si non ẽ substantia. q̃uo deus substantia est.

Qd̃ spiritussanct⁹ sicut cõmune est patri ⁊ filio. ita cõmune nomen habet proprium.

Hic notandũ est q̃ sicut spiritussanctus in trinitate specialiter dicitur caritas. que est patris ⁊ filij̃ vnio. ita ⁊ nomen tenet ꝓprie qd̃ patri ⁊ filio ꝯmuniter quodãmodo cõgruit. Unde aug̃. in. xv. li. de tri. Si

Aug̃.

caritas inquit qua pater diligit filiuꝫ ⁊ pẽm diligit filius. ineffabilem cõmunionẽ demonstrat amboꝝ q̃d ꝓuenientius q̃ꝫ vt ille ꝓpꝛie dicat caritas. qui spiritus est cõmunis ambob'. Hoc em̃ sanius credit ⁊ intelligit vt nõ solũ spiritussanctus caritas sit in illa trinitate sed nõ frustra ꝓpꝛie caritas nũcupet. ꝓpter illa que dicta sunt. sicut nõ solus in illa trinitate. vel spũs est vel sanctus qꝛ et pater spũs. ⁊ filiꝰ spũs. et pater sanctus. ⁊ filius sanctus. et tñ ipse non frustra dicit spũssanctus Qui em̃ est cõmunis ambob' id vocatur ipe ꝓpꝛie qd̃ ambo cõmuniter. Alioquin si in illa trinitate solus spiritussanctus ẽ caritas. ꝓfecto ⁊ filius. nõ solius pẽis sed etiaꝫ spũssancti filius inuenit Ait em̃ aplus de deo patre. Transtulit nos in regnũ filij caritatis sue. Si ergo nõ est in ista trinitate caritas dei. nisi spũssanctus filius est etiã spũssancti. Sꝫ qꝛ hoc absurdissimũ est. restat vt non solus ibi sit caritas spũssanct'. sed ꝓpter ista de quibus satis disserui ꝓpꝛie sic vocat.

Quod spiritussanctus procedit a patre ⁊ filio.

DI. XI. "Hic dicendũ est spiritũsanctum a patre esse ⁊ filio et ꝓcedere a patre et filio. qd̃ multi heretici negauerũt. Qd̃ autẽ de vtroq̃ ꝓcedat multis diuinoꝝ eloquiorũ testimonijs ꝓbat. Dicit em̃ aplus. Misit deꝰ spũm filij sui in corda nꝛa. Ecce hic dicit spũs filij. Et ibi. Qui autẽ spm̃ xpi nõ habet hic nõ est eius. Ipe euã filius de spũsancto dic̃ in euangelio. Quem ego mitto vobis a patre. Patris autẽ spiritus dictus est vbi legit. Si spiritꝰ eius qui suscitauit xpm̃ a mortuis habitat in nob. ⁊ ipse xps̃ dicit. Non em̃ vos estis qui loquimini sed spũs patris vestri qui loquit. Et in alio loco. quẽ mittet pater in nomine meo. ⁊ alibi ipse filius de spũsancto ait. De pẽ ꝓcedit. His ⁊ alijs autoꝛitatibus pluribus ostendit q. ss. a pẽ et filio ꝓcedit.

Aug.

Qd̃ greci non cõcedunt spũm sanctum ꝓcedere a filio.

Greci tamen dicũt spiritũsanctũ ꝓcedere tm̃ a patre ⁊ non a filio. Qd̃ ideo dicũt. qꝛ veritas ĩ euangelio fidem integrã ꝓtinentem de ꝓcessione spũs loquens solũ pẽm commemorat dicẽs. Spũs qui a patre procedit. Et etiã ideo qꝛ in principalib' ꝓcilijs q̃ apud eos celebrata sunt ita simbolo eoꝝ subiũctis anathematib' sancita sunt. vt nulli de trinitatis fidei aliq̃d docere vel alit ꝓdicare q̃ꝫ ibi ꝓtinet liceat In q̃bus quidẽ simbolis cum spũssanctus ꝓmemoret ꝓcedere a pẽ ⁊ nõ a filio. Quicũq̃ inquiũt a filio eũ ꝓcedere addũt anathema incurrũt. vnd̃ et nos arguũt anathematis reos. Addũt etiã ad assercionẽ sue opinionis et ĩ testimoniũ nꝛe damnationis De simbolo fidei qd̃ scõm traditõem ꝓdictoꝝ cõciliorũ leo tercius rome trãscriptũ in tabula argẽtea post altare beati pauli posita. posteris reliquit ꝓ amore vt ipse ait. ⁊ cautela fidei orthodoxe In quo q̃dem simbolo in ꝓcessione spũs solus ꝓmemorat pater. his vbis. et in spiritũsanctũ dñm et viuificatorẽ ex pẽ ꝓcedentẽ cuꝫ patre ⁊ filio coadorandus ⁊ glorificandus ⁊c. Illud est simbolum qd̃ in missa cantat editũ in niceno ꝓcilio. in fine cui' subiunctũ est. qui aliud docuerit vel aliter predicauerit anathema sit Ideoq̃ greci nos anathematizatos dicũt. qꝛ dicim' spũmsanctũ a filio ꝓcedere. qd̃ ibi nõ ꝓtinet. Qd̃ em̃ ꝓm nos ibi dicitur. qui a patre filioq̃ ꝓcedit alterꝫ a latinis ẽ addit ũ scꝫ filioq̃

Quare dicat

Prima causa

Secda causa.

Tercia cã.

Rñsio vbi determinant predicta

Nos aũt illa verba ita determinamus. Qui aliud do-

cuerit vel aliter predicauerit vel ꝑtra/
rium docuerit. vel ꝑtrario mõ predica
uerit anathema sit. Aliud ergo posuit
ꝑ opposito q̃liter et aplꝰ in epistola ad
galathas. Si q̃s aliud euãgelizauerit
.i. ꝑtrariuz anathema sit. nõ dicit. Si
quis addiderit. Nã si illud diceret sibi
ipsi vt ait aug. p̃iudicaret. q̃ cupiebat
venire ad quosdã quibus scribebat sic
ad thessalonicenꝰ. vt suppleret q̃ illorũ
fidei deerãt. Sed q̃ supplet qd minus
erat addit. nõ qd inerat tollit. Qui aũt
ꝑter gredit fidei regulaz nõ accedit in
via sz recedit a via. Ad illd aũt qd de
euãgelio opponũt rñdemus ita. quia cũ
dicit in eo veritas spiritũsanctuz a pre
ꝓcedere. nõ addit solo. et ideo etiaz a
se ꝓcedere non negat. sed ideo patrem
tm̃ nominat. quia ad eum solet referre
etiã quod ipsius est. qz ab illo habet.

¶ Qd greci in sensu nobiscuz cõ
neniut et si verbis differãt.

Sciendus est ta
men q greci ꝓfitentur spiritũsanctum
esse filij sic patris. qz z apostolus dicit
spm̃ filij. z veritas in euangelio spiritũ
veritatis. Sed cum non sit aliud spiri/
tumsanctuz esse patris vel filij. q̃ esse a
patre vel filio etiam in hoc in eandem
nobiscum fidei sententiam ꝓuenire vi/
denter licet in verbis dissentiant.

¶ Autoritatibus grecorũ osten/
dit spiritumsanctuz procedere
etiam a filio.

Inde etiam qui
dã eorũcatholici doctores intelligẽtes
vnã eandẽq fore sententiã p̃dictorũ v̄/
borum. q̃bus dicit spũsanctus ꝓcede/
re a filio z esse filij ꝓfessi sunt spiritum
sanctũ etiã ꝓcedere a filio. Unde atha
nasius in simbolo fidei. spiritussanctus
a pre z filio non factus nec creatus nec
genitus sed ꝓcedens. Ecce spiritũsan/
ctum aperte dixit procedẽ a patre z fi/
lio. Didimus etiaz eorꝫ maxim' doctor
in li. de. ss. spũmsanctũ a filio ꝓcedere
dicit. Saluator inquit qui est veritas
Nõ em̃ loquit a semetipso. hoc est nõ
sine me z sine meo z patris arbitrio. qz
inseparabilis est a me z a patris volun
tate. qz ex se nõ ẽ sed ex patre z me est
Hoc em̃ ipm qd subsistit z loquit a pa/
tre z a me illi est. Item spũsanct' qui
ẽ spũs veritatis. spiritusqz sapiẽtie nõ
pot audire a filio loquẽte. qui nescit cũ
hoc ipm̃ sit qd profertur a filio. i. ꝓce
dens deus de deo. Spũs veritatis ꝓ/
cedẽs a veritate. ꝓsolator manãs ex ꝓ
solatione. Itez cirillus eps in epistola
nescorio directa ait Spũs intelligit ꝑ
se secundũ q spũs est z nõ filius. sed tñ
non est alienus ab eo. Spũs em̃ verita
tis nominat. z ꝓfluit ab eo sicut ex do
patre. Johãnes quoqz criso'. in omel'.
quadaz de expositione simboli sic ait.
Iste est spũs ꝓcedens de patre et filio
q̃ diuidit dona ꝓpria ꝑ ut vult Idem
in alia omelia. Credendũ est spũmsan
ctum patris esse et filij. Istuz spũmsan/
ctum dicimus patri et filio coequalem
z ꝓcedentẽ de pre z filio. Hoc credite
ne colloqa mala corrũpant bonos mo/
res. Ecce a doctorib' grecorũ apte ha/
bemus testimonia quibus spũsanctus a
patre et filio ꝓcedere ostenditur. Om
nis ergo lingua ꝓfiteatur spũmsanctuz
ꝓcedere a patre et filio.

¶ Didimus.

¶ Cirillus.

¶ Johãnes cri/
so'.

¶ Utrum spiritussanctus prius
vel plenius ꝓcedat a patre q̃z
a filio.

¶ DI. XII

Itez queri
tur cum spũsanctus a pa
tre ꝓcedat z a filio. vtꝫ
prius vel magis ꝓcesse/
rit a patre q̃ a filio. quod nititur here/
ticus ostendere ita dicens.

¶ Argumentatio heretici.

¶ Anathasius.

Si processit vti
q3 spiritussanctus a patre. processit vti
q3 aut nato iam filio. aut non nato filio
Si vero iam nato filio ꝓcessit. ante na
tus est filius q̃3 ꝓcesserit spiritussanct'.
Precessit ergo natiuitas filij ꝓcessio
nem spiritussancti. Si autē processit a
patre non genito filio ante ꝓcessit q̃3 fi
lius genitus fuerit.

Responsio aug̃. ad id qd̃ pri
mo querebatur scz an prius a
patre q̃3 a filio processerit.

His ⁊ huiusmōi
questionibus magis laboriosis q̃3 fru
ctuosis respōdet aug̃. in. xv. li. de tri.
dicēs. In illa summa trinitate q̃ deus
est interualla tempoꝝ nulla sunt per q̃
posset ostendi aut saltim requiri. vtruz
prius de patre natus sit filius. ⁊ postea
de ambob' ꝓcesserit spūssanctus. Nun
quid ergo possum' querere vtrū iam ꝓ
cesserat de patre spūssanctus quādo na
tus est filius. an nondum ꝓcesserat. et
illo nato de vtroq3 processit. Non pos
sunt ꝓrsus ibi ista q̃ri. vbi nihil ex tpe
inchoat'. vt ꝯsequenti ꝑficiat' in tempe
Ideo qui potest intelligere sine tpe ge
nerationē filij de patre. intelligat sine
tempe ꝓcessionem spūssancti de vtroq3
Ecce his verbis absoluta ē questio illa
qua querebat'. vtrū prius ꝓcesserit spi
ritussanctus a patre q̃3 a filio.

Hic agit' de eo quod secundo
querebatur scz an plenius vel
magis ꝓcesserit a pr̃e q̃3 a filio

Nūc tractandū
est qd̃ secūdo querebat'. scz an plenius
vel magis ꝓcedat spūssanctus a pr̃e q̃3
a filio. Ad qd̃ dicim'. qr sicut nō ante
ꝓcedit a patre q̃3 a filio. ita nō plenius
vel magis ꝓcedit a patre q̃3 a filio Au
gustinus tamen in. xv. li. de trini. dic̃
q spiritussanctus principaliter ꝓcedit
de patre. Non frustra inquit in hac tri
nitate non dicit' verbuz dei. nisi filius
nec donuz dei. nisi spiritussanctus. nec
de quo genitum est verbum. et de quo
ꝓcedit spiritussanctus principaliter ni
si deus pater. Ecce audistis quia spiri
tussanctus principaliter ꝓcedit a patre
sed ne te hoc turbaret ipse cōtinuo ex
quo sensu dixerit aperit dicens.

Qd̃ aug̃. dic̃ spiritūsanctū ꝓcedere a patre.

Ex quo sensu dixerit principa
liter ꝓcedere a patre.

Ideo addidi pri
cipaliter qr et de filio spūssanctus ꝓce
dere reperitur. sed hoc quoq3 illi pater
dedit. nō iam existenti. et nondum ha
benti. Sz quidq̃d vnigenito verbo de
dit gignendo dedit. Sic ergo eum ge
nuit vt etiam de illo donum commune
ꝓcederet. et spūssanctus spiritus esset
amboꝝ. Ecce exposuit ip̄emet quomō
spiritus principaliter ꝓcedat a patre
non quia prius vel magis ꝓcedat a pa
tre q̃3 a filio. sed qr cum procedat a fi
lio. hoc ipsum habet filius a patre.

Ex eodem sensu etiam dicitur
spiritussanctus proprie ꝓcede
re a patre.

Ex eodem sensu
etiā dr̃ ꝓcedē ꝓprie d̃ pr̃e. Vñ hiero.
in expositione catholice fidei. nicenq3
simboli ait. Credim' in spiritūsanctuz
qui de patre ꝓcedit ꝓprie Itez spiritū
sanctū verū deum inuenimus in scriptu
ra ⁊ de patre esse ꝓprie. Et ita de pr̃e
filius et spūssanctus ꝓprie ⁊ vere d̃ pa
tre ꝓcedit. Ecce aperte dicit spūmsan
ctū ꝓprie esse de pr̃e ⁊ ꝓprie ꝓcedere a
pr̃e. Qd̃ non est ita intelligendū tanq̃3
prius vel plenius a patre ꝓcedat q̃3 a fi
lio. sed qr hoc habet pater a se. nō ab
alio vt de ipso sit et ꝓcedat spūssanct'
Filius aūt nō a se sed a patre hoc habz
vt de ipso sit ⁊ ꝓcedat spiritussanctus.

¶ Ex eodē sensu dicitur spiritūsanctuz esse et mitti a patre per filium.

Forte etiā iuxta hanc intelligentiā dicit. ſſ. a patre mitti per filium. et a patre esse p filiū Unde hylarius ad deum patrez de spūsancto et filio loquens in. xij. li. de trini. ait. In spūsancto tuo ex te pfecto z per eū misso. Item ante tempora vnigenitus tuus ex te natus manet itaqz ex te p eū spūssanctus tuus ē. qd z si sensu non pcipiam. tamen teneo in cōscientia. In spūalibus em rebus tuis hebes sū Itē in eodē pserua hanc oro fidei mee religionē. vt qd in regenerationis mee simbolo pfessus sum. semp obtineam pāez scz te filiuz tuū vna tecū adorem spiritumsanctū tuū. q ex te p vnigenitū tuū est pmerear. Ecce aperte dicit spiritū sanctū a patre p filiuz. et mitti. z esse qd non ē intelligenduz quasi a patre p filiuz minorē mittatur vel sit. sed qz ex patre z filio est z mittit ab vtroqz. sed hoc ipm habet filius a patre vt ab ipo z sit z mittatur spūssanct' Hoc ergo voluit significare hylarius distinctionē faciēs in locutione vt ostēderet in patre esse auctoritatez. Inde est etiaz q veritas ostendens patrez esse auctorem pcessionis qua pcedit spūs a filio. dixit in euāgelio De patre pcedit. cū de patre z filio procedat spūssanctus. Unde aug. in. xij. li. de trinita. querit si de pāe z filio pcedit spūssanctus. cur fili' dixit de pāe pcedit. Cur putas nisi qz solet ad euz referre etiā qd ipsius est de quo z ipse ē. Sicut ait mea doctrina nō est mea sed eius q misit me. Si ergo hic intelligitur eius doctrina quā tamen nō dixit suā sz patris. quātomagis illic intelligend' est spiritussanctus de ipso pcedere vbi sic ait. de pāe pcedit. vt nō diceret de me non pcedit. A quo autē habet filius vt sit deus. est em deus de deo. ab illo vtiqz habz vt etiā de illo pcedat spūssanctus. Et ideo spiritussanctus vt etiam de filio pcedat sicut pcedit de patre. ab ipo habet patre. Qua ppter qui potest itelligere in co q ait filius. sicut habet pater vitam in semetipso. sic dedit et filio vitam habere i semetipso. nō sine vita existenti iam filio vitam pāem dedisse sed ita eum sine tēpore genuisse vt vita quā pater filio gignēdo dedit. coeterna sit vite patris q dedit intelligat etiaz sic habet pater in seipso. vt de illo pcedat spūssanctus. sic dedisse filio vt etiam de isto pcedat idē spiritussanctus z vtrūqz sine tempore. Ita ergo dictū est spūmsanctum de patre pcedere vt intelligat q etiam pcedit de filio. de patre esse filio. Si em quidqd habet de patre. habz filius de pāe habet vtiqz. vt z de isto pcedat spiritussanctus. sz nulla ibi tpa cogitent que habeant prius et posterius q alibi nulla omnio sunt.

¶ Hylarius.

¶ Hylarius.

¶ Aug. in. xij. li. de trinita.

¶ Questio cur filius dixit de spiritusancto a patre pcedere cū abutroqz pcedat.

¶ Quare spiritussanctus cuz sit de substantia patris non dicatur genitus et filius sed tantuz procedens.

¶ DI XIII

Post hoc cōsiderandum est quantū a talibus quales nos sum' intelligi pōt. cuz spūssanctus pcedat de pāe. et sit de substantia patris. cur non dicat' esse natus sed potius pcedē. z cur nō dicat' fili' Quare aūt spiritussanctus non dicat' vel sit natus. z ideo non sit filius aug. ostendit i xv. li. de trini. ita dicens. Si spiritussanctus filius diceret. amborum vtiqz filius diceret. qd absurdissimū ē Fili' quippe nullus est duorum nisi patris et matris Apsit autē vt inter deum patrē z deū filiū tale aliquit suspicemur. Absurdissime ergo filius diceret amborū. i. pāis z filij Amboz em fili' diceret si eū ambo genuissent qd abhorret oim sanoz sensus. Nō ergo ab vtroqz ē genit' sz pcedit ab vtroqz amboz spūs. His vbis ostendit cur. ſſ. cū sit de pāe non tū dicatur genitus vel filius.

¶ Aug.

Cum spiritussanctus non dicatur genitus cur filius dicatur procedere.

Cum autem spiritussanctus nõ dicatur genitus sed tãtum ꝓcedens queri solet cur filius non dicitur tm genitus sed et ꝓcedens Sicut ipse in euangelio iobãnis ait. Ego ex deo ꝓcessi ⁊ exiui ⁊ veni in mundũ. Non ergo tantum spiritussanctus procedit a patre sed etiaꝫ filius. Ad quod dicimus ꝙ cum vterq; ꝓcedat a patre dissimiliter tamẽ. Naꝫ spiritussanctus vt ait aug. in. v. li. de trinita. ꝓcedit a patre non quomõ natus sed quomodo datus vel donum. filius aũt processit. nascendo exij vt genitus. Ac per hoc illud elucessit vt potest. scꝫ cur spiritussanctus etiam non sit filius cum et ipse de patre exeat. Ideo nõ dicitur filius quia neq; natus est sic vnigenitus. neq; factus vt per dei gratiam in adoptionem naceretur sicut nos.

Aug.

Qd non potest distingui a nobis inter generationem filij et ꝓcessionem spiritussancti.

Inter generatões vero filij ⁊ ꝓcessionẽ spiritussancti duꝫ hic viuimus distinguere nõ sufficimus Unde aug. maximino ꝓmissaꝫ questionem refricanti scꝫ querenti cur spũssanctus non diceret filius cum de patris essꝫ substantia. rñdens sic ait. Queris a me si de substantia patris est filius de substantia patris est etiam spiritussanctus. cur vnus filius sit et alius nõ sit filius. Ecce respõdeo siue capias siue nõ capias. De patre est filius. de patre ẽ spiritussanctus sꝫ ille genitus est. iste ꝓcedens. Ideo ille filius est patris de quo est genitus. Iste autem spiritus ẽ vtriusq; qm de vtroq; ꝓcedit. sed ideo cum de illo loqueretur ait. De patre procedit. qm pater ꝓcessionis eius auctor est qui talem filium genuit ⁊ gignẽdo ei dedit. vt etiam de ipso ꝓcederet spiritussanctus. Nam nisi procederet spiritussanctus. etiã de ipso nõ diceret discipulis. accipite spiritumsanctuꝫ eũ q; insufflando daret vt a se quoq; ꝓcedere significãs. apte ostenderet flando quod spirando dabat occulte. Quia si nasceretur non tm de patre nec tantum de filio. sed de ambobus vtiq; nascere tur. sine dubio filius diceret amborum Ac per hoc qꝫ filius amborũ nullo modo esset. non oportuit nasci eum de ambobus. Amborum est ergo spiritus ꝓcedẽdo de ambobus.

Questõ maximini.

Aug.

Rñsio aug.

Qd pater est auctor ꝓcessionis spũssancti

Hic dicit ꝙ non valet inter illa duo distinguere.

Quid autẽ interesse nasci et ꝓcedere intersit. de illa excellentissima natura loquẽs explicare q̃s potest. Non omne quod ꝓcedit nascit quãnis omne procedat quod nascitur Sicut non omne qd̃ bipes est. homo ẽ quamuis bipes sit omnis qui homo est. hoc scio. distinguere autem inter illam generationẽ et ꝓcessionem hanc nescio non valeo. non sufficio. Ac per hoc q̃a ⁊ illa et ista est in effabilis. sicut ꝓpheta de filio loquẽs ait. Generationeꝫ eꝰ quis enarrabit. Ita de spiritusancto verissime dicit processionem eius quis enarrabit. Satis sit ergo nobis. quia nõ est a seipso filius sed ab illo de quo natus est. non est a seipso spiritussanctus. sed ab illo de quo procedit Et qꝫ de vtroq; ꝓcedit sicut iam ostendimus De spiritusancto quomodo ipse de deo sit. nec tamen ipse filius sit. quoniam procedendo non nascendo legitur esse de deo. iam superius quantum visum est disputauimus.

An spiritussanctus debeat dici ingenitus.

Nunc considerã

dum est cum spiritussanctus non sit genitus. vtrũ debeat dici ingenitus. Ad quod dicimus spiritumsanctũ nec genitum nec ingenitum debere dici. Unde aug. ad orosium ait. Spiritumsanctuz nec genitum nec ingenitum fides certa declarat. quia si dixerimus ingenitum duos pẗes videbimur affirmare. Si autem genitum duos credere filios culparum. Si eñ solus filius dicit genitus. ita solus pater dicitur ingenitus. eo q̃ ab alio nõ sit. Unde aug. in. xv. li. de trini. pater inquit solus. nõ est de alio Ideo solus appellatur ingenitus. non quidẽ in scripturis. sed in ꝓsuetudine disputantium. et de re tanta sermonez qualem valuerint ꝓferentiũ Filius autem de patre natus est. et spiritussanctus de patre principaliter et cõmuniter de vtroq̃ ꝓcedit. Ideoq̃ cum spiritumsanctum genitũ non dicamus. dicere tamen nõ audemus ingenitum ne in hoc vocabulo vel duos patres in illa trinitate vel duos qui non sint de alio quispiam suspicet. Ecce his verbis apte ostendit spiritumsanctũ nec genituz nec ingenitum debere dici.

Aug.

Aug.

¶ Qõ ieronim' dicit spiritũsanctum ingenitum. quod videt predictis aduersum.

Ieronim'.

"Ieronim' tamẽ in regulis diffinitionuz ꝓtra hereticos dicit spiritumdum ingenitũ esse his v̄bis. Spiritussanctus pater nõ est. sed ĩgenitus atq̃ infectus. Pater non est. quia patris est. et in patre est. ꝓcessionem habet ex patre et non natiuitatẽ. filius autem non est. quia genitus non est. Ecce his verbis dicit spiritussanctus esse ingenitus. quod videtur adversari premissis verbis aug.

¶ Determinatio secundũ diuersas acceptões dicit eos locutos

Sed vt istã que

videtur repũgnantiam de medio ambigamus dicim' q̃ hieronimus aliter accepit nomen ingeniti et aliter aug. Accepit enim aug. ingenitum qui vel qõ de alio non est. et secundum hoc de solo patre dicit. Hiero' vero ingenitum dicit non genitum et secundum hoc de spiritu potest dici. cum spiritussanctus non sit genitus.

¶ Ex verbis hiero. ostenditur ex quo sensu dixerit spiritumsanctum ingenitum.

Quod autez hieronimus ita accepit ostenditur ex verbis suis quibus in eodem tractatu vtitur faciens talem diuisionem.

¶ Diuisio hec notanda est diligenter.

Omne quod est.

aut ingenitum est. aut genitum. aut factum. Est ergo quod nec natum nec factum est. et est quod natum est et factũ nõ est. et est quod nec natum est. nec factum est. et est quod factum est et natum nõ ẽ et est quod factũ ẽ et natũ ẽ z renatum est. et est quod factum est et natum est et renatum non est. Nũc ꝓpositozum singulis rebus subsistentiaz destinemus. Quod ergo nec natuz nec factum est pater est. non eñ ab aliquo est. Quod autem natum est et factũ nõ est filius ẽ. qui a patre genitus est. nõ factus. Quod iterum nec factuz nec natum est. spiritussanctus est. qui a patre ꝓcedit. Quod etiam factum est et natũ non est celum et terza ceteraq̃ insensibilia sunt. Quod autem factum et natum et renatum est. homo est. Qõ vero factum est et natum est et renatum non est animalia sunt. Ecce his verbis ostẽdit hiero' se ingenitum accipere nõ genitum. Aliter eñ non esse potest p̃missa diuisio vera sez omne quod est. aut

ingenitum est. aut genitum aut factuz. Atqz i diuisionis huius prosecutione i assignatione ingeniti vbiqz ponit non natum.

Quod gemina est ꝓcessio spiritussancti.

OI. XIIII.

Preterea diligenter adnotandũ est. ꝙ gemina est processio spiritussancti. eterna videlicet que ineffabilis est qua a patre ⁊ filio eternaliter ⁊ sine tempore ꝓcessit. et temporalis qua a patre ⁊ filio ad sanctificandam creaturam ꝓcedit. Et sicut ab eterno cõmuniter ac simul ꝓcedit a patre et filio. ita et in tempore cõmuniter et simul ab vtroqz ꝓcedit ad creaturam. nõ diuisim a patre in filium. et a filio ad creaturam. Vñ aug. in. xv. li. de trini. ait Spiritussanctus non de patre ꝓcedit in filium. et de filio ꝓcedit ad sanctificandã creaturam. sed simul de vtroqz ꝓcedit. q̃uis hoc filio pater dederit. vt sicut de se. ita etiam de illo procedat.

Aug.

De temporali processione specialiter agitur.

De tẽporali aũt ꝓcessione Beda in omelia dominice p̃me post ascensionem ita loquit. Cum gratia spiritus datur hominibus. profecto mittitur spiritus a patre. mittitur et a filio procedit a patre ꝓcedit et a filio. quia et eius missio est ipsa processio. Hijs verbis aperte ostendit donationem gratie spiritussancti dici ꝓcessionem vel missionez eiusdem. Sed cum donatio vel datio non sit nisi temporalis. cõstat quia et hec ꝓcessio siue missio temporalis est. Hanc quoqz tẽporalem spiritus ꝓcessionem aug. in. xv. li. de trini. insinuat dicens. spiritũ sanctum ꝓcessisse a cristo quando post resurrectionez insufflauit in discioulos his verbis. Cum resurrexisset xp̃s a mortuis et aparuisset discipulis insufflauit et ait. Accipite spiritumsanctuz vt etiam eum de se procedere ostenderet. et ipse est virtus que de illo exibat vt legitur in euangelio et sanabat omnes. Et vt ostenderet hanc ꝓcessionem spiritussancti non esse aliud q̃ donationem vel dationem ipsius spiritus. addit post resurrectionez dominus ihesus bis dedit spiritũsanctum semel i terra ꝓpter dilectionem proximi. ⁊ iterũ de celo ꝓpter dilectionem dei. qꝛ per ip̃m donuz diffunditur caritas in cordibus nostris. qua diligimus deũ ⁊ ꝓximuz.

Aug.

Qd aliqui dicunt ipsuz spiritũsanctuz non dari sz dona ei⁹.

cum dicitur donum dei. donum est eīs patris et filij. qz et a patre pcedit et a filio. Ecce his verbis aperte ostendit eadem relatione dici spirtumsanctuz ⁊ donum. Donum autē quia pcedit a patre et filio. Proprietas ergo qua dicitur spiritussanctus vel donum pcessio ipsa est. de qua post plenius agem' cuz alijs. cum ergo ab eterno pcesserit. ab vtroqz et ab eterno donum fuit. Nō ergo spiritussanctus eo tm̄ dicitur donuz quia donatur. Nam ⁊ ante fuit donum q̄z donaretur. Unde aug. in. v. libro de trinitate. Semper spiritussanctus procedit. et non ex tempore sed ab eternitate pcedit. Sed quia sic pcedebat vt esset donabile / iam donum erat anteq̄z esset cui donaretur. Aliter eīs intelligitur cum dicitur donum. aliter cum dicitur donatum. Nā donum potest esse etiam antequam detur. donatum autē nisi datum fuerit nullo modo dici pōt. Sempiterne ergo spiritus est donum. temporaliter aūt donatuz. His verbis aperte ostenditur. q sicut spiritussanctus ab eterno pcedit ita ab eterno donum est. non quia donaretur a patre filio. vel a filio patri. sed quia ab eterno pcessit donabilis.

Aug.

Nō semp pcedit spūssanct'

Queritur cui donabilis.

Sed queritē cui

donabilis vtrum patri et filio. an tantum nobis qui nondum eramus. Si autem non erat donabilis patri et filio / sed tm̄ nobis. et ex eo donum erat. qz sic donabilis pcedebat. videt q filius semper eadem ratione donum fuerit. quia ab eterno pcessit a patre. donabilis nobis in tempore. Nam et de filio legitur q datus est nobis Ad quod dicimus quia spiritussanctus nobis tantum non patri vel filio. donabilis processit sicut et nobis tantum datus est. Et filius vere datus est nobis. et ab eterno pcessit a patre. nō vt donabilis tm̄ sed vt genitus qui et donari posset.

Quod filius pcessit vnigenitus et donabilis. spūssanctus vero vt donum ⁊ donatum est et quia procedit ab vtroqz. et quia donabilis.

Processit ergo

vt genitus ⁊ donabilis. sed spiritussanctus non pcedit vt genitus / sed tantuz vt donum. Donum autem semper fuit non solum quia donabilis / sed quia ab vtroqz pcessit. et quia donabilis fuit. Unde aug. in. v. li. de trinita. ait. Eo ipso q daturus erat eum deus. iam donum erat etiā antequam daretur. Et ideo donabilis est. sed aliter donabilis q̄z filius. Nam et aliter datus / ⁊ aliter pcessit q̄z filius. Filij eīs pcessio genitura est vel natiuitas. Spiritussancti vero pcessio natiuitas non est. vtraqz vero in effabilis est.

Aug.

Nō sicut filius nascendo accepit nō tantum vt esset filius. sz etiam essentia. ita ⁊ spūssanct' pcedendo accepit non tantum vt esset donum. sed etiam vt esset essentia.

Et notandum q

sicut filius nascendo accepit. non tantum vt filius sit. sed omnino vt sit. ⁊ vt ipsa substantia sit. ita et spūssanctus a patre ⁊ filio pcedendo accepit. non tātum vt spiritussanctus sit vel donum. ꝯ etiam vt omnino sit. et vt substantia sit

quod vtiq; non accepit ex eo quo datur Nã cum nõ detur nisi ex tpe. si hoc haberet ex eo q datur. accepisset ergo ex tempore vt esset. Unde aug. in. v. li. d trinitate. Filius non hoc tantuz habet nasceudo vt sit filius. sed omnino vt sit Meritur ergo vtrũ spiritussanctus. eo q datur habeat. non tm̃ vt donum sit. sed omnino vt sit. Qd si non est nisi q̃a datur. i. si non habet esse. nisi eo q dat sicut filius nascendo habet non tantuz vt sit filius / quod relatiue dicitur. sed omnino vt sit ipsa substantia quomodo iam spũssanctus erat ipsa substantia cũ non prius daretur. q̃z esset cui daretur Non ergo eo quo datur sed ꝓcedendo habet vt sit donum et vt sit essentia. sicut filius non eo q datus est / sed nascẽdo accepit. non tm̃ vt sit filius. sed vt sit essentia. Unde aug. in. xv. libro de trinitate ait. Sicut filio prestat essentiam sine initio temporis. sine mutabilitate nature de patre generatio. Ita spirituisancto prestat essentiaz. sine vllo inicio temporis. sine vlla mutabilitate nature de vtroq; ꝓcessio.

Aug.

Aug.

Questio ex predictis videtur q filius non tantum sit natiuitate sed etiam deus vel essentia ⁊ spũssancti processione.

Hic oritur questio.

Si filius nascendo habet / non tantum vt sit filius. sed vt sit essentia. et spiritussanct' ꝓcedendo. non tm̃ vt sit donum. sed vt sit essentia. ergo ⁊ filius natiuitate essentia est. et spiritussanctus ꝓcessione est essentia. Cum alibi dicatur q nec pater eo pater est / quo deus est. nec filius eo filius quo deus. Nec spũssanctus eo donuz quo deus. Quia vt ait aug. in. vij. libro de trinita. His nominib' relatiua eoꝝ ostendũtur. nõ essentia. vnde post plenius agemus.

Responsio.

Ad quod breuit

respondentes dicimus. quia nec filius natiuitate essentia est. sed tantum filius Nec spũssanctus ꝓcessione essentia est / sed donum tm̃. et tamen vterq; et ille nascendo iste ꝓcedendo accepit vt esset essentia. Non em̃ vt ait hylarius in quinto libro de trinitate. Per defectionem aut ꝓtensionem aut deriuationẽ ex deo deus est / sed ex virtute nature in naturam eandem natiuitate subsistit filius. et ex virtute nature in naturam eandẽ ꝓcessione subsistit s. s.

Hylarius.

Exponit verba hilarij.

Quod ita intelli

gi potest. Ex patre qui est virtus ingenita. naturam quam habet / eandem filius natiuitate. i. nascendo. et spiritussanctus ꝓcessione. i. ꝓcedendo habet. Unde ipse idem apertius eloquens qd dixerat aperit dicẽs. Natiuitas inq̃t dei ñ põt. nõ eã de q̃ ꝓfecta est tenere naturam. Non em̃ aliud q̃z deus subsistit quod nõ aliunde q̃z de deo subsistit Ecce his verbis aperitur. quomõ intelligendum sit illud de patre generatio p̃stat essentiam filio. et de vtroq; ꝓcessio prestat essentiam spirituisancto. Nõ quia ille essentia sit filius. et iste essentia sit spũssanctus. immo ꝓprietate ꝑsonali sed quia et ille nascendo. et iste ꝓcedendo essentiam habet eandem. et totamq; in patre est

Expositione cõfirmat per v̄ba hylarij.

Qd spiritussanctus dicitur donum ⁊ donatum secundũ duos predictos modos ꝓcessionis.

Ex p̃dictis patet

q spiritussanctus sempiterne donũ est. et temporaliter datum vel donatum. Ex quo apparet illa distinctio gemine ꝓcessionis. de qua supra egimus. Naz secundum alteram ꝓcessionem dicitur

donatum vel datum. secundum alterꝫ vero dicitur donum.

¶ Secundum hoc q̃ donum est refertur ad patrem. ⁊ filium secundũ q̃ datum ad euꝫ qui dedit. ⁊ ad eos quibus dedit.

Et secunduꝫ hoc q̃ sempiterne donum ē. refertur ad patrem et filium. secundum hoc vero q̃ dicitur datum vel donatum. et ad euꝫ qui dedit refertur. ⁊ ad eos quibus datur. et eius dicitur esse qui dat / et illorum quibus datur. Unde augustinus ī quinto libro de trinitate ait. Qd̃ datũ est ad eum qui dedit refertur. ⁊ ad eos quibus dedit. Itaq̃ spiritussanctus nõ tm̃ patris et filij qui dederunt. sed etiam noster dicitur. qui accepimus Spiritus ergo et dei est qui dedit / ⁊ noster qui accepimus. Non em̃ ille spirit' noster quo sumus. quia ipse est spirit' hominis qui in ipso est. quamuis et illum spiritum qui hominis dicit. vtiq̃ accepimus sed aliter iste / aliter ille. noster dicitur. Aliud est enim qd̃ accepimus vt essemus. aliud quod accepimus vt sancti essemus. Qd̃ autem spiritussanctus noster dicatur. scriptura ostendit Scriptum est enim de iohanne q̃ ī spiritu helie veniret. Ecce dictus est helie spiritus quem accepit helias. scꝫ spiritussanctus. et moysi ait dominus. Tollam de spiritu tuo. ⁊ dabo eis. i. dabo illis de spiritusancto quem iam tibi dedi. Ecce et hic dictus est spiritus moysi. Patet igitur quia spiritussanct' noster dicitur spiritus. sed nobis datus. ⁊ datus vtiq̃ ad hoc vt sancti essemus Spiritus vero creatus ad hoc est dat' vt essemus.

¶ Aug.

¶ Q̃ aliter spiritussanct' dicitur noster aliter naturalis

¶ An filius cũ sit nobis dat' possit dici noster vt spũssanctus.

Hic queritur vtrũ et filius cum sit nobis datus dicatur. vel possit dici noster. Ad quod dicim' quia filius dicitur noster panis. noster redemptor et huiusmodi. sed non dicitur noster filius. quia filius dicitur tantum relatiue ad eum q̃ genuit. Et ideo noster filius non potest dici sed patris tantum. In eo autem q̃ dicitur datus et ad eum qui dedit. et ad eos quibus datus est refertur. vt spiritussanctus q̃ etiam cum in scriptura vt supradictum est dicatur spiritus noster. vel spiritus tuus. vel illius. vt de moysi et helia dictum est. nusq̃ tamen in scriptura occurrit. ita dici spiritussanctus noster vt tuus. vel illius. sed quia spiritus noster. vel spũs tuus. vel illius. quia spiritussanctus eo dicit' quo donũ et vtrũq̃ relatiue dicitur ad patrem et ad filium. et hoc sempiterna relatione. Si tamen aliquando dicitur donum nostruꝫ accipitur donum pro donato vel dato. Cum vero donum accipitur eo modo quo spiritussanctus donum patris et filij dicitur / nõ hominis / ita ⁊ filius. sub hac appellatione non potest dici noster vt dicatur filius noster. sicut nec dicit' spiritussanctus noster. ⁊ tamen de filio dicitur panis noster. et de spiritu spũs noster. Ille noster panis. quia nos reficit. nobis datus. iste noster spiritus. quia nobis inspiratur a patre et filio. et in nobis spirat sicut vult. Unde augustinus ī quinto libro de trinitate ait Quod de patre natum est ad patrem solum refertur cum dicitur filius. Ei ido filius patris est et non noster. Dicim' tamen et panem nostrum da nobis. sic̃ dicimus spiritum nostrum.

¶ Qd̃ non dicitur spũssanct' noster sꝫ spũs noster.

¶ Aug.

¶ Utrum spiritussanctus ad seipsum referatur.

Post hoc q̃ritur vtrum spiritussanctus ad seipsum referatur. hoc em̃ videtur ex predictis posse probari. Si enim quod datur. refertur ad eum qui dat et ad eum cui dat.

et spiritussanctus datur a seipso vt predictũ est. ergo refertur ad seipsum.

Hec questio non soluit' hic sz differtur in sequentibus.

Huius q̃stionis determinationẽ in posterum differim' donec tractemus de his que relatiue dicuntur de deo ex tempore. in quibus datum et donatum continentur.

Hic de qualitate trium personarum.

DI. XIX.

Nunc post q̃z coeternitatem trium personaruz pro modulo facultatis nostre insinuauimus. iam de earundem equalitate aliquid eloqui superest Fides em̃ catholica sicut coeternas ita et equales tres personas asserit. Equalis est em̃ in omnibus patri filius. et patri et filio spiritussanctus. Quia vt ait augustinus in libro de fide ad petrum. breuiter aperiens quomodo intelligatur eq̃litas docet. Nullus hoꝝ alium aut precedit et'nitate. aut excedit magnitudĩe. aut superat potestate. quia nec filio. nec spirituisancto quantum ad nature diuine imitare pertinet vnitatem. aut anterior aut maior est pater. nec filius spiritusancto eternũ quippe et sine initio est ꝙ filius de natura patris extitit. et et'num ac sine initio est. ꝙ spiritussanctus de natura patris filiꝗz procedit. Ob hoc ergo tres vnum recte credimus et dicimus deum. quia vna prorsus eternitas. vna immensitas. vna naturaliter est trium ꝑsonarum diuinitas. Ecce breuiter assignauit augustin'. in quo trium personarum ꝯsistat equalitas. s. quia alia aliam non excellit aut eternitate aut magnitudine aut potestate.

Aug.

Qd̃ eternitas ⁊ magnitudo et potentia in deo est vnum licet ponantur quasi diuersa.

Cũqz enumerẽtur ista quasi diuersa. in deo tamẽ vnũ et idem sunt. s. essentia diuina simplex et incõmutabilis. Unde augustinus in septimo libro de trinitate. Non alio magnus. alio deus est. sed eo magnus quo deus. quia non est illi aliud magnum esse aliud deuz esse. Eadem quippe eius magnitudo est que virtus. ⁊ eadem essentia qua magnitudo.

Aug.

Qd̃ magnitudo ẽ dei essentia.

Pater ergo et filius simul vna essentia et vna magnitudo. Ita etiam et potentia dei. essentia diuina est. Unde augustinus in septimo libro confessionum. Uoluntas et potentia dei deus ipse est. Eternitas quoqz dei essentia diuina est. Quod augustinus ostendit super illum locũ psalmi. in generatione et generationem anni tui. Est generatio generationuz que non transit collecta de omnibus generationibus. i. sancti. In illa erunt anni dei qui non transeunt. i. eternitas dei Non enim aliud sunt anni dei. aliud ipse. sed anni dei eternitas dei est. Eternitas vero ipsa dei substantia est / nihil habens mutabile. In concusse ergo teneamus. ꝙ vnum ⁊ idem est. s. essentia diuina / dei eternitas / potentia / magnitudo. et tamen ꝯsueuit scriptura hec ⁊ his similia quasi distincta ponere In his ergo verbis trium personaruz equalitatem breuiter complexus est augustinus. quia alius aliũ nec eternitate. nec magnitudine. nec potẽtia superat. Qd̃ autem eternitate aliqua trium personarum aliam non excedat supra ostensuz est. vbi coeternitas trium personarum insinuata est.

Aug.

Qd̃ potentia dei deus est.

Qd̃ eternitas dei deus est.

Supra egit de trinitate. hic d̃

magnitudine q̄ ea aliqua personarum aliam non excedat.

Nūc ergo super est ostendere q̄ magnitudine vel potentia alius alium nō excedat. et prius de magnitudine videamus.

Qd̄ nō est maior vna persona alia. nec maius aliquid due q̄z vna. nec tres quā due vel vna

Sciendum est ergo. quia pater non est maior filio. nec pater vl' filius maior spiritusancto. nec maius aliquod due persone simul sunt quaz vna. nec tres simul. maius aliq̄d quam due. nec maior est essentia in tribus quā in duabus. nec in duabus q̄m in vna. quia tota est in singulis. Unde Jo. damascenus ait. Confitemur deitatis naturā omnez pfecte esse in singula suarum hypostaseon .i. personarum omnem in patre. omnem in filio. omnē in spiritusancto. Ideoq̄ perfectus de' pater perfectus deus. filius. pfectus deus spiritussanctus.

Jo. damasce'

Quomodo dicit' esse deus pater in filio. ⁊ filius in patre. ⁊ spūssanctus in vtroq̄z ⁊ singulus in singulis.

Et inde est q̄ pater dicitur esse in filio. ⁊ filius in patre et spiritussanctus in vtroq̄z. ⁊ singulus in singulis. Unde aug̃. in libro de fide ad petrum. Propter vnitatem naturalem. totus pater in filio. et spiritusancto est. totusq̄ spiritussanctus in patre et filio est. Nullus horum extra quam libet ipsoꝝ est ꝓpter diuine nature vnitatem. Ecce hic aperit aliquatenus. non em̄ plene potest tm̄ ab homine reserari archanum. Ex qua intelligentia dicatur singula ꝑsonarum tota esse in aliis. Unde etiam hylarius ista interi' perquirens in li. iij. de trinitate ait. Affert plerisq̄ obscuritatem sermo dñi cum dicit. Ego in patre et pater ī me est. Nec inmerito natura em̄ intelligētie humane rationē dicte huius non capit nec ex emplum aliquod rebus diuinis compatio humana prestat. Sz qd̄ non intelligibile est homini. deo possibile est. Cognoscendū itaq̄ atq̄ intelligenduz est quid sit illud. ego in patre et pater in me est. si tamē comprehendere hoc ita vt est valebimus. vt quod natura rerum. pati non posse estimatur id diuine veritatis ratio consequatur. Patrem ergo in filio. et filiuz in patre esse. plenitudo in vtroq̄ diuinitatis. ꝑfecta est. quia plenitudo diuinitatis. in filio quod in pr̄e ē. hoc et ī filio est. qd̄ in īgenito. hoc in ingenito. alter ab altero. et vterq̄ vnum. Is scilicz qui est nichil habens quod non sit etiam in eo a quo est. non duo vnus. sed alius in alio. quia non aliud in vtroq̄ vt vnum sint in fide nostra. vterq̄ non vnus nec eundem vtrumq̄. nec aliud ꝯfitemur. quia deum ex deo natum. nec eundem natiuitas. nec aliud esse ꝑmittit. eandem ergo in vtroq̄ et virtutis similitudinē. et deitatis plenitudinē ꝯfitemur quia veritas dicit. ego in patre et pater in me est. Omnia em̄ filius accepit a patre. Nam si partem eiusdem q̄ genuit accepit. neuter ergo perfectus est deest em̄ ei vnde decessit. nec plenitudo in eo erit qui exportione constiterit Neuter ergo perfectus est si plenitudinē suam et qui genuit amittit. nec qui natus est consequitur. Fateamur ergo quod pater est in filio et filius in patre et deus in deo. Ut idē hyla. ait. in. vij libro de trinitate. Non ꝑduplicem cōuenientium generum ꝯiunctionē. Nec per insitiuaz capatioris substātie naturaz sed per nature vnitā similitudinē ꝑ natiuitatā viuentis ex viuente nature dum res non differt. dum naturam dei degenat natiuitas. dum non aliud aliquid ex deo quam deus nascitur. dum

Aug̃.

Hylarius.

Nec vba diligenter attēde

nichil in hijs nouum est. nichil alienum nichil separabile. Ecce his verbis prout humana permittit infirmitas aperit ex q̄ sensu xp̄s dixerit se esse in patre. ⁊ p̄rem in se. Ex eodē etiaz sensu intelligitur spiritussanctus esse in vtroqz. Et singula p̄sonarum in singulis qz scz in singulis est eadem plenitudo diuinitatis. et vnita similitudo nature. qz nō est maior diuina natura. in aliqua harum p̄sonarum. sed vnius et indifferentis nature sunt hee tres p̄sone Ideoqz altera in altera esse dicitur. vt predictū est. Unde Amb. predictorum vborum sententiam nobis aperiens super epl'az ij. ad Coꝝ. ait. per hoc intelligitur pater esse in filio. et filius in patre. quia vna est eoꝝ substantia. Ibi em̄ est vnitas. vbi nulla diuersitas. Ecce tribus illustrium. viroꝝ testimonijs scz Aug. Hylarij. Ambro. ī idem ꝯcurrentibus reuelationi spiritussancti in eis loquentis. pie credere volentibus ostenditur tam quasi per speculum et in enigmate qualiter accipiendū sit. cum dicitur pater in filio esse vel filius ī patre. vel spiritussanctus in vtroqz.

Ambrosius.

Ad id quod ceperat reddit scz vt ostendat qd̄ magnitudine alius alium non superat.

Sed iam nūc ad ꝓpositum redeamus. ceptoqz insistam⁹ ostendentes q̄ magnitudine nulla triuz p̄sonarum. aliā superat. quia nulla maior alijs. nec maius aliquid sunt due. quam vna. nec tres quam due. nec maior deus. quam singuli eoꝝ quia singulus illoruz p̄fectus est. nec est quo crescat illa perfectio.

Qd̄ nulla personarum pars ē intrinitate.

Nec est aliqua trium p̄sonarum pars dei vel diuine essentie. q̄uia singula haꝝ verus ⁊ plen⁹ d̄us est. ⁊ tota et plena diuina essentia est. ⁊ ideo nulla istarum in trinitate p̄s est. Unde aug. in li. ij. circa maximinum hereticum sic ait. Putas deū patrem cum filio et spiritusancto vnuz deum esse non posse. times enim ne pater sit pars vnius dei. qui ꝯstet ex tribus. noli hoc timere. Nulla em̄ sit partium in deitatis vnitate diuisio. vnus est deus pater et filius et spiritussanctus. i. ipsa trinitas. vnus est deus. Ergo inquis deus pater est. p̄s dei absit Tres em̄ p̄sone sūt pater et filius et spiritussanctus. et hij tres quia vnius substantie sunt. vnum sunt. et summe vnū sunt vbi nulla naturaꝝ. nulla est diuersitas voluntatum. Si em̄ natura vnum essēt et ꝯsensione non essent. non summe vnū essent. Si vero natura dispares essent vnum non essent. Hij ergo tres. quia vnum sunt ꝓpter ineffabilem ꝯiunctionē deitatis. qua ineffabiliter copulant̄ vnus deus ē. Pars ergo trinitatis esse non potest quicunqz vnus in tribus ī trinitate ergo. que deus est. ⁊ pater deus est. et filius deus est. et spiritussanctus deus est. ⁊ simul hij tres vnus deus. nec huius trinitatis. tercia pars ē vnus. nec maius aliquid duo. qnā vn⁹ est ibi. nec maius aliquid sunt oēs quā singuli. quia spiritualis nō corporalis est magnitudo. Qui potest capere capiat. qui autem non potest. credat ⁊ oret vt qd̄ credit intelligat. Verum est em̄ quod per ꝓphetam dicit̄ nisi credideritis non intelligetis. Hijs verbis aperte ostendit indifferentem magnitudinem trium personarū. Item in eodem. Tu nempe dixisti vnum deum non ex p̄tibus esse compositum. et hoc de patre tm̄ vis intelligi. Ille inquis virtus est ingenita. simplex et tamen in hac simplici virtute multa videris. commemorare cū dicis. Deus deum genuit. bon⁹ bonum genuit. sapiens sapientem demens dementem. potens potentem. Nunquid ergo bonitas et sapientia / ⁊ dementia / et potentia partes sunt vni⁹

Argumentationib⁹ augustini ꝯtra herecicos q̄ ostēdit p̄rem et filium et spūm sanctum nō esse p̄tes in trinitate.

virtutis quam simplicem esse dixisti? Si dixeris partes sunt. Simplex ergo virtus ex partibus constat. Et simplex ista virtus te diffiniente vnus est deus. ergo deum ex partibus compositũ esse dicis. Non dico inquis/ nõ sunt ergo partes. Si ergo in vna persona patris illa inuenis que plura videntur/ ⁊ partes non inueneris. qz vna virtus simplex est. Quantomagis pater et filius et spiritussanctus. ⁊ ꝓpter indiuiduaz deitatem vnus deus. et ꝓpter vniuscuiusqz ꝓprietatem. tres persone sunt. ⁊ ꝓpter singularum pfectionem/ partes vnius dei non sunt. Virtus est pater. virtus est filius. virtus est spiritussanctus. Hoc verum dicis.. sed q virtutẽ de virtute genitam et virtutem de virtute ꝓcedentem. non vis eandem habere naturam. hoc falsum dicis. hoc contra fidem rectam et catholicam dicis. His verbis aperte docetur q tres persone ille non sunt partes dei vel diuine essentie. Nullaqz illarum trinitatis pdicenda est. nec vna maior alijs.

Cuz dicimus tres personas esse vnam essentiaz nec vt genus de speciebus. nec vt speciem de indiuiduis predicamus. quia non est essentia genus. ⁊ persone species ⁊ psone indiuidua.

Hic adiciendũ ẽ

q tanta est equalitas trium psonarum atqz indifferens magnitudo q cum dicamus tres personas vnam esse essentiam. vel substantiaz. neqz vt genus de speciebus neqz vt speciem de indiuiduis pdicamus. non em essentia diuia genus est. et tres persone species vel essẽtia diuina species et tres persone indiuidua. Quod aug. rationibus ꝓbabilibus atqz inrefragabilibus apte demõstrat in li. vij. de trinitate dicens. Si essentia genus est. species autem persona vt nonnulli sentiunt. oportet appellari tres substantias/ vt appellant tres persone. Sicut cum sit animal genus/ et equus species appellantur tres equi idemqz tria animalia. Non em ibi species pluraliter dicitur/ et genus singulariter. vt si diceret tres equi sunt vnũ animal. sed sicut tres equi speciali noie ita animalia nomine generali dicuntur Cum ergo tres personas vnã fateamur esse essentiam. non tres essentias. cum tres equi tria aialia dicantur non vnuz Patet nomine essentie non significari genus nec in noie psone speciem.

Argumentationis aug. stini pro recicos di pon lium et sanctum se pres nitate.

Aug. Prius ꝓbat q nõ illud dicit vt genus ꝑ speciebus.

Hic probat q non dicit vt species de indiuiduis.

Hi vero dicunt

nomine persone non speciem significari sed aliquid singulare atqz indiuiduuz. et nomine essentie speciem intelligi/ vt persona non dicatur sicut homo. ꝑ quo modo dicitur hic homo. velut abrahaz isaac. iacob vel quis alius qui etiaz digito pñs demonstrari possit. Sic quoqz illos eadez ratio confutabit. Sicut enim dicuntur abrahã isaac iacob tria indiuidua. ita tres homines ⁊ tria animalia. Cur ergo pater et filius et spiritussanctus si secundum genus et speciẽ et indiuiduum ista disserimus nõ ita dicunt tres essentie/ vt tres persone.

Alio modo ꝓbat idem.

Alio quoqz mo

do idem ꝓbat aug. scz q essentia diuina non est genus/ nec persone species. vel essentia non est species/ nec persone indiuidua. Una inquit essentia non habet species. sicut vnum animal non habet spẽs. Pater ego et filiꝰ et spiritussanctus non sunt tres species vnius essentie. diuina ergo essentia/ genus ñ est. Sed nec species est essentia diuina et persone indiuidua. Sicut homo species est. Indiuidua autẽ abrahã isaac et iacob. Si em essentia species est vt

Aug.

homo. sicut non dicitur vnus homo esse abraham. isaac. et iacob. ita non diceretur vna essētia esse tres persone. Nō itaq; secundum genus et species ista dicimus.

Nec secundum materialē causaz dicuntur tres persone vna essentia.

Notandum etiā q̄ essentia diuina non est materia triuz p̄sonarum / vt augustinus in eodē libro docet tanquam secundum communem eandēq; materiā. tres persone dicātur esse vna essentia. sicut ex eodez auro si fierent tres statue / diceremus tres statuas vnum aurum. Non aūt sic trinitatem. i. tres personas dicimus vnam essentiam et deum vnum / tanquam ex vna materia. tria quedam subsistant. In statuis em̄ equalibus plus auri est / tres simul q̄ singuli. et minus auri est vna q̄ due. In illa vero essentia trinitatis nullo modo ita est. Non ergo secundum materialem causam tres personas vnam dicimus esse substantiam / vl' essentiam. sicut tres statue dicuntur vnum aurum.

Idem.

Nec ita dicuntur tres persone vna essentia vt tres hoies vna natura vel vnius nature.

His quoq; addēdum est q̄ tres personas non ita dicim⁹ esse vnam essentiam. vt augustinus in eodem ait vel vnius essentie. sicut dicimus aliquos tres homines eiusdem sexus et eiusdem tempationis corporis. eiusdemq; animi vnam esse naturā vel vnius nature. Nam in his rebus nō tātum est vnus homo / quantū tres homines simul. ⁊ plus aliquid sunt homines duo q̄ vnus homo. sicut in statuis esse dicimus. ac in deo non est ita. Nō em̄ simul pater et filius maior essentia ē q̄ solus filius / vel solus pater. sed tres simul ille persone equales sunt singulis. Ex p̄missis patet q̄ tres persone dicūtur diuina essentia nec secundū materialem causaz. vt tres statue vnum aurū nec secundum cōplexionis similitudinem. vt tres homines eiusdem nature. nec vt genus p̄dicatur de speciebus. vl' vt species de indiuiduis. i. ꝯtinens de contentis. maius de minoribus.

Aug.

Que videntur aduersari predictis.

His autem videntur aduersari. que quidam sacre scripture tractatores catholici ī suis scriptis tradiderunt. In quibus significare videntur / q̄ essentia diuina sit quoddam commune et vniuersale velut species. tres vero persone sint tria particularia. tria indiuidua numero differentia. Unde iohannes damascenus inter doctores grecorum maximus in libro q̄z de trinitate scripsit quem ⁊ papa eugenius transferri fecit ait. Communia et vniuersalia p̄dicantur de subiectis sibi ipsis particularibus. Commune ergo substantie est. particulare vero ypostasis. i. persona. particulare aūt dicitur non qd̄ partem nature habet. sed particulare numero. vt athomum. i. indiuiduum. Numero em̄ et nō natura differre videntur ypostases. Item in eodem Substantia significat cōmunem et circumplectiuam speciem homoydeon. i. similium specie ypostaseon. i. personarum. vtputa deus homo. ypostasis aūt indiuiduum demonstrat scz patrez filium et spiritum sanctū. petrum. paulum et huiusmodi. Ecce aperte dic substantiam esse vniuersale. ypostasim vero particulare et q̄ deus est species vt homo et q̄ pater et filius et spiritussanctus sunt indiuidua. sicut petrus ⁊ paulus. et q̄ numero differunt q̄ premisse sententie augustini penitus contradicere videtur. Quid ergo dicemus ad hoc

Io. damas.

Verba aug. tenenda dic.

hoc vtiq; dr̃e possumus atq; debemus. q̃ ea que aug⁹. tradidit superius. sine omni hesitatõne tenenda sunt.

Qd̃ sane possunt intelligi que iohãnes dicit ⁊ qũo ostendit.

Hec aũt que hic dicunt̃ licet in sermonis supficie aliq̃d a fide alienum resonare videantur. sane tamen intelligi queunt. piumq; lectorem atq; intellectorem plurimum efflagitãt. In quorũ explanatione / mallem silens alios audire quam loquẽdo maliuolis detrahendi occasionem prestare. Uidetur tamẽ michi ita posse accipi. Cum ait. substantia est cõmune. ⁊ ypostasis est particulare nõ hoc ita accipi. cum de deo dicantur vt accipiuntur in philosophica disciplina Sed per similitudinez eorum que a philosophis dicuntur. locutus est. vt sicut ibi cõmune vel vniuersale dicitur. qd̃ predicat̃ de pluribus. particulare vero vel indiuiduum. quod de vno solo. Ita hic essentia diuina dicta est vniuersale. quia de omnibus psonis simul et de singulis separatim dicitur. Particulare vero singula quarumlibet psonarum. qr nec de alijs cõmuniter. nec de aliqua aliaꝝ singulariter predicatur.

Ex quo intellectu dixerit qd̃ substantia dei sit species vel vniuersale vel pticulare indiuidua.

Ex quo sensu dixerit q̃ substãcia dei sit species vel vniuersale ⁊ persone indiuidua.

Propt̃ similitudinem ergo p̃dicationis substantiaz dixit vniuersale. et psonas particularia vel indiuidua. Propter hoc idem etiã eandẽ diuinam essentiam dixit esse speciem communem et circumplectiuam similium specie personarum. Quia sicut hec spẽs homo de suis predicat̃ indiuiduis. velut de petro et paulo et alijs. nec ista specie differunt. sed cõueniunt. Ita deus de tribus predicat̃ personis que in diuinitate differunt sz per omnia ꝯueniunt. Hanc ergo similitudinem inter res sempiternas / et res temporales perpendẽs iohannes vniuersalitatis ⁊ particularitatis noĩa que rebus tẽporalibus ꝓprie conueniunt ad res eternas transtulit. Aug̃. vero maiorem videns dissimilitudinez quam similitudinez inter res p̃dictas ab excellentia trinitatis / predicta noĩa remouit.

Aug̃.

Ex quo sensu dixerit personas differre numero.

Quod autẽ iohãnes dicit ypostases differre numero nõ natura / in eo q̃ non differre natura ait verissime et sine scrupulo loquitur Qd̃ vero dicit differre numero cauendũ est qũo intelligatur. Diuersis enim modis dicunt̃ aliqua differre numero.

Quibus modis dicat̃ differre numero. ⁊ secundũ quẽ modũ possit cõuenire personis.

Dicunt̃ enim aliqua differre numero. quando ita differunt / vt hoc non sit illud. nec aliq̃d qd̃ illud est vel in ipso ẽ. qualiter differũt socrates et plato / ⁊ huiõi. que apd̃ philosophos dicunt̃ indiuidua vel particularia. Juxta quẽ modum non pñt dici tres persone differre numero. Dicunt̃ quoq; differre numero / q̃ in enumeratione siue cõputatione nõ sibi adiungũtur. sed a se inuicez discernuntur vt cũ de aliquibus rebus loquentes dicimus vna. due. tres. et secundum hunc modum forte dixit iohannes ypostases. i. personas differre numero. Possumus enim dicere. pater est vnus. et pater et filius sunt duo. ⁊ pater ⁊ filius et spiritussanctus sunt tres. Et item. Hec psona ẽ vna. et hec ⁊ illa sunt due. et alia et illa sunt tres. Cõuenientius tñ tres ille persone / ꝓprietatib⁹ tm̃ distingui

dicuntur. de quarum distinctione secũ dũ ꝓprietates in sequenti tractabitur Nunc vero ad inceptũ redeamus que dicta sunt repetẽtes. vt sepius versando familiarius innotescant.

Qd vna persona nõ est maior alia. nec tres simul q̃z vna. et hoc ratione ostendit catholica

Scienduz est ergo tantã equalitatem esse in trinitate. vt ait aug. in octauo libro de trinitate vt non solum pater non sit maior q̃z filius. sed nec pater et filius simul maius aliquid sint q̃z spũssanctus. aut quelibz persona minus aliquid sit q̃z ipsa trinitas. Q̃ autem ita sit aliquo modo si fieri põt demonstrãdum est. Nantũ ergo ipse creator adiuuat. attendamus inq̃t aug. in eodem quomodo in hac trinitate due vel tres psone. nõ sunt maius in alq̃s aliquid q̃z vna earum.

Aug.

Ratione vtiq̃ subtilissima ad ostendendũ q̃ ita sit.

Quod ibi magnum dicit aliunde magnũ non est / q̃z eo quo vero est. qr ibi magnitudo ipsa veritas est / ⁊ veritas essentia. Non ergo ibi maius ẽ q̃ verius non ẽ. Nõ aũt verius ẽ pr̃ et filius simul q̃z pater sol? vel fili?. Non ergo maius aliq̃d vtrũq̃z simul q̃z singulus eorũ. Et qr eque vere est etiam spũssanctus. Ideo pater ⁊ filius simul / non sunt aliquid maius / q̃z ipse. quia nec verius sunt. Itẽ in essẽtia veritatis hoc est verẽ esse qd est esse ⁊ hoc est esse / qd est magnũ esse Hoc ẽ ergo magnũ esse quod verẽ est Qd igit ibi eque verẽ est / ⁊ eque magnũ est Qd ergo ibi plus veritatis nõ habet. nõ habet plus magnitudinis. Plus autẽ veritatis nõ habet. qd verius non est Nõ est aũt verius vna psona q̃z alia vel due q̃z vna vel tres simul / q̃z singula. Nõ ergo plus veritatis habet vna q̃z alia. vel due q̃z vna vl tres simul q̃z singula Sic ergo et ipsa trinitas. non est maius aliquid / q̃z vna queq̃z ibi persona sed tam magnũ q̃z singula. Non em̃ ibi maior est qua verior non est. vbi ipsa veritas est magnitudo. Ecce modo connenienti ⁊ rõne catholica ostensum est qũo indifferẽs sit magnitudo triũ psonarum qr nec vna maior est alia / nec due vna / nec tres simul maius aliq̃d q̃z singula.

Iteruz aliter idem ꝓbat.

Qd deus non est dicendus triplex sed trinus.

Propterea cum deus dicat trinus. non tamẽ debet dici triplex Ibi em̃ nõ est triplicitas vbi summa est vnitas / et indifferens equalitas. Vnde augustinus in libro. vj. de trinitate ait. Non qm̃ deus trinitas ẽ ideo triplex putandus est. alioquin minor esset pater solus. vel filius solus q̃z simul pater et filius. Cũ itaq̃z tãtus est pater solus. vel solus filius. vel solus spũssanctus. quantus est simul pater et filius et spũssanctus. nullo mõ triplex dicẽdus est deus Non em̃ pater cum filio et spũsancto maior deus est q̃z singuli eorẽ quia non est quo crescat illa perfectio. Perfectus autẽ est et pater et filius et spiritussanctus. et pfectus dicit deus singulus eorũ. Et ideo trinitas potius q̃z triplex dici debet.

Aug.

Qd non est ita in rebus corporeis vt in trinitate.

In rebus corporeis non tm̃ est vna q̃z cũ tres simul. et plus sunt due q̃z vna res. In trinitate vero summa tm̃ est vna psona / quantũ tres simul. et tantũ sunt due quantum vna. et in se infinite sunt. qr non est finis magnitudinis earẽ. Ac per hoc aptur quod superius dictum est / quomodo singula sunt in singulis. et omnia in

singulis. et singula in oībus / ꝛ vnuꝫ in oībus est / et vnū omnia. Ecce iā ostendim⁹ sufficient̄ qualiter in trinitate aliqua ꝑsona aliaꝫ nō supet magnitudine

Ostensio ꝙ aliqua personaruꝫ aliam non superat magnitudine / nunc ostendit ꝙ alia nō excellit aliam potentia.

DI. XX

Nunc ostendere restat quomō aliqua harum ꝑsonarum aliam nō excellat potentia / vt sicut vna et indifferens est magnitudo triū ita vna et indifferens monstret̄ potentia trium. Scienduꝫ est ergo qꝛ non est potentior pater filio. nec filius vel pat̄ spūsancto Nec maiorem potentiā habent duo vel tres simul q̄ꝫ singulus eorum. quia nec plus potest pater simul et filius q̄ꝫ solus spūssanctus Nec hij tres simul plus possunt q̄ꝫ singulus eorum. quia omnipotētiam quam habet pater ꝛ filius accepit nascendo. et spūssanctus ꝓcedendo Quod aug̃. rōibus et autoritatibus ꝓbabiliter astruit in libro contra maximinum / q̄ dicebat patrem meliorez ac potentiorem filio.

Aug̃.

Qd̄ non pōt min⁹ filius q̄ꝫ pr̄.

Nichil inquit patre minus habet ille qui dicit. Omnia que habet pater mea sunt Nā si minus habet in potestate aliquid q̄ꝫ pater. nō sunt eius omnia que habꝫ pater. ꝑ eius sunt omnia que habet pater. Tantā ergo habet potestatē filius quantā pater Equalis ergo est pr̄i Non em̄ potest q̄ accipit ineq̄lis esse ei q̄ dedit. Tu autē hoc de potentia sapis. ꝙ potens sit filius. sed potentior pat̄. vt scd̄ꝫ doctrinā vestram potens potentem potuerit generare vel gignere. et non omnipotens omnipotentem. Habet ergo pater omnipotentiam quam non habet filius. et si hoc est / falsum est quod ait filius omnia que habet pater mea sunt.

Aug̃. hic ponit falsaꝫ traditionē heretici.

Hoc verꝫ fatebatur hereticus ex quo ꝓgrediebat̄ ad falsa.

Sed inquis pat̄ a nemine potentiam accepit. filius aūt a patre. Fatemur ꝛ nos filium accepisse potentiam. ab illo de quo natus est potens. patri vero potentiā nullus dedit qꝛ nullus eū genuit. Gignendo em̄ dedit pater potentiam filio. Sicut oīa que habet in substantia sua. gignendo dedit ei. quē genuit de substantia.

Questio augustini qua artat hereticum.

Sꝫ querit̄ vtrū ei tantam. quanta ipse est potētia pater filio dederit an minorem. Si tantam non soluꝫ potentē sed etiam omnipotentem genuisse omnipotēs intelligitur. Si vero minorē / quomodo omnia q̄ habet pater filij sunt. Si patris omnipotentia filij non est / non omnia proculdubio que habet pater filij sunt At omnia filij sunt. omnipotentia ergo patris etiam filij est. Non est ergo pater potentior filio.

Aliter probat filium equalem patri.

Item aliomodo ꝓbat filium equalem patri cōtra maximinū ita dicēs Tu dicis ꝙ pr̄ genuit filiū minorē seipso in quo et pr̄i derogas q̄ si filium vnicū minorē genuit. aut nō potuit aut non voluit gignere equalem Si dicis quia non voluit eum inuidum esse dixisti. Si autem non potuit vbi ē omnipotentia dei patris.

Si autez pater non potuit vel

nõ voluit gignere equalẽ filiũ infirmus vel inuidus inuenit

Prorsus ad hũc articulum res colligit / vt deus pater equalem sibi gignere filium aut non potuerit aut noluerit. Si non potuit / infirmus. si noluit inuidus inuenitur Sz vtrunqz hoc falsuz est. Patri ergo filius verus equalis ẽ. Genuit ergo pater sibi equalem filiuz. ⁊ ab vtroqz ꝓcedit vtriqz equalis spũsanctus. Si em̃ formam suam. vt ait augustinus ꝓtra eũdem. pater in vnico filio / plenaz gignere potuit. nec tamen plenam genuit sz minorem cogimini patrem inuidum dicere. Plenum ergo deum / et equalem sibi genuit filium.

Aug.

Per simile ostendit q̃ nõ minorẽ pater filium genuit.

Hoc autez per similitudinem humanam ita esse demonstrat inquiens / homo pater si potuisset equalem filiũ gennisset. Quis ergo audeat dicere. q̃ hoc omnipotens nõ potuit. Addo et iaz si posset homo / maiorem meliorem qz seipso gignere filium sed maius vel melius deo quicquã esse non potest. Deus ergo cur nõ equalez vt eis filium genuit. cui nec anni necessarij fuerunt / per quos adimplet equalitas / nec omnipotẽtia defuit? An forte noluit. ergo qd absit inuidit. sed nõ inuidit / equalem ergo genuit filiũ Credamus ergo filium ei esse equalem.

Opinionem heretici ponit vt destruat.

Hic soluit obiectionem.

Sed forte dices eoipso pater ẽ maior filio. quia de nullo genitus. genuit tamen equalem. Ad qd cito respondebo. immo ideo non est pater maior filio. qz equalem genuit. Originis em̃ questio est ista. q̃s de quo sit. Equalitatis aũt qualis aut quãtus sit. qd est dicere. Ad originez pertinet questio qua q̃ritur. quis de quo sit. ad equalitatẽ vero illa qua querit qualis aut quant' q̃s sit. Nec cum dicit filius a pr̃e genitus / ostendit iequalitas substantie / sed ordo nature. non quo alter prior esset altero. sz quo alter est ex altero. Nõ ergo secundũ hoc q̃ pater genuit. ⁊ filius genit' est / vel spũsanctus ab vtroqz ꝓcedit. equalitas vel inequalitas ibi existit. quia non secunduz hoc alia persona alij equalis vel ineq̃lis dz Ecce equalitas trinitatis ⁊ vna eadẽqz substantia / quantũ breuiter potuimus demonstrata est in superioribus qualit sez aliqua trium personarũ quamlibet aliam nec eternitate nec magnitudine nec potentia excellat.

Queritur qũo possit dici sol' pat' vel solus filij' vel sol' spũsanctus cũ sint inseparabiles.

Hic oritur questio trahens originẽ ex predictis Dictum est em̃ supra. q̃ tantus est solus pr̃. vel solus filius. vel solus spũsanctus quantũ simul illi tres. ⁊ q̃ due vel tres p̃sone simul non sunt maius aliquid q̃ vna persona sola / Ideo querit augustinus in sexto libro de trinitate qũo hec sane dici possint. cum nec pater sit solus. nec filius / nec spũsanctus sed semp et inseparabiliter. et filius cũ patre / et pater cuz filio. et spũsanctus cum vtroqz. Inseparabiles enim sunt hee tres persone.

DI. XXI.

Aug.

Responsio.

Ad quod ita respondet augustinus in eodem. Solum deũ p̃rem dicimus ñ. qz separat' a filio vel a spũsancto. sed hoc dicentes signi/

Aug.

ficamus. quia illi simul cum eo non sūt pater. solus em̄ pater / pater est. quod nō dicitur. qꝛ ipse sit solus. i. sine filio vel spūsancto. sed per hoc filius vel spiritussanctus a paternitatis cōsortio excludunt. Ita et cum dicitur solus filiꝰ filius ē. vel solus spūssanctus spūssanctꝰ est. non diuidit filius a patre. vel spūssanctus ab vtroqꝫ. sed a consortio filialis ꝓprietatis excludunt pater ⁊ spūssanctus ⁊ a ꝯsortio processibilis ꝓprietatis pater et filius. Cuꝫ ergo dicitur tantus est solus pater / quanti simul illi tres. Per hoc ꝙ dicit solus non separatur pater ab alijs. sꝫ hic est sensus. Solus pater. i. pater q̄ ita pater est. ꝙ nec filius nec spūssanctus tantus est ⁊c̄. Similiter intellige cū dicitur solus est filius vel solus ē spūssanctꝰ. Solꝰ ergo pater dicitur vt ait aug̃. in eodem. quia non nisi ipse ibi pater est. et solus filius quia non nisi ipse ibi filius est. et solus spūssanctus. quia non nisi ipse ibi spiritussanctus est.

Aug̃.

Utrum possit dici solus pater est deus. solus filius est deus vel solus spūssanctus est deus. vel pater est solus deus. vel filius est solus deus. vel spiritussanctus est solus deus.

Post hoc querit

vtrum sicut dicit solus pater ē pater. vel solus filius est filius. ita possit dici solus pater est deus. vel solus filius est deus. ita et de spūsancto. aut pater est solus deus. filius est solus deꝰ. Ad qd̄ dicimus. quia pater et filius ⁊ spūssanctus dicitur etiaꝫ vnus deus. ⁊ hec trinitas simul ꝓprie dicitur esse solus deus. sicut solus sapiens. solus potēs. sꝫ non videtur debere dici a nobis verbis nostris vtētibus / nisi vbi sermo autoritatibus occurrit. solus pater est deus. vl̄ pater est solus deꝰ. ita de filio ⁊ spūsancto dicimus. Unde aug̃. in septimo libro de trinitate ait. Quoniā ostendimus quomodo possit dici solus pater vel solus filius. ꝯsideranda est illa sententia qua dicitur. Nō esse solum p̄rem deum verum solum. sꝫ patrem et filiuꝫ et spm̄sanctum. Ecce habes quia nō solus pater dicendus est esse verus deus Item in eodeꝫ. Si quis interrogat pater solus vtrum sit deus. quomō respōdebimus non esse nisi forte dicamus ita esse quidem patrem deuꝫ / sed non eum esse solum deū. Esse autem solum deuꝫ dicamus p̄rem esse et filium ⁊ spm̄sanctum. Ecce et hic habes. quia pater nō debet dici solus deus. atqꝫ hoc solum ī parte subiecti tantum accipere quidaꝫ volunt. in parte vero predicati si sic cōcedunt / ꝙ pater est solus deus. Sꝫ ex verbis augustini videtur ostendi qꝛ proprie solus deꝰ dici debeat tota trinitas Et hec trinitas vt ait aug̃. contra maximinum intelligitur cum apostolus dicit. Beatus et solus potens. et ibi. soli sapienti deo. et ibi inuisibili soli sapienti deo. Non em̄ de solo patre hec accipienda sunt. vt contendebat maximinus et alij heretici / sed de trinitate. Sic̄ ⁊ illud. solus habet immortalitatē. qꝛ scd̄m rectam fideꝫ ipsa trinitas ē vnꝰ solus deus. beatus. potēs. sapiens inuisibilis. Unde aug̃. in eodem. Cum vnus deus sit trinitas. hec sit nobis solutio questionis / vt intelligamus soluꝫ deum sapientem / solum potentē. et patrem et filium et spiritūsanctum / qui ē vnus ⁊ solus deus.

Aug̃.

Aug̃.

Qd̄ non dicitur solus pat̄ deus est.

Qd̄ pater nō est ideꝫ solus deus sꝫ trinitas.

Aug̃.

Quomodo dicatur trinitas solus deus cum ipsa sit cū spiritibus ⁊ animabus sanctis.

Sed iteruꝫ que

ritur / quomodo ipsam trinitatem dicimus solum deum / cum sit cum spiritibus et animabus sanctis. Ad quod respōdet augustinus in sexto libro de trinitate ita dicens. Trinitatem dicimus deum solum quamuis semper sit cum spiritibus ⁊ animabus sanctis. sed solū

Aug̃.

dicimus. quia nõ aliud q̃ ipsa trinitas deus est. Non em̃ illi cum illa deus sũt vel aliqua alia. sed ipsa trinitas tantũ non illi vel alia deus est.

¶Et si de patre solo predicta dicerentur non tñ excluditur filius ⁊ spũssanctus.

Verũtamen vt

¶Aug. ait aug. et si de solo patre p̃dicta dicerẽtur. nõ tamen excluderentur filius vel spũssanctus. quia hũ tres vnum sũt sicut in apocalipsi de filio legitur. q̃ habet nomeu scriptum quod nemo scit nisi ipse. Non em̃ inde separatur pater vel spũssanctus. Et cũ dicitur. Nemo nouit patrem nisi filius. non inde separatur pater ⁊ spũssanctus. quia inseparabiles sunt. aliquando etiam noiant pater et filius et tacet spũssanctus. vt veritas ad patrem loquens ait. Vt cognoscant te ⁊ quem misisti ihesum xp̃m esse vnum verum deum Cur ergo inq̃t ¶Aug. aug. tacuit de spũsancto. Quia consequens est vt vbicunq̃ nominatur vnus sicut pater et filius tanta vni pace adherẽs intelligatur etiaz ipsa pax q̃ quis nõ p̃memoretur vno ergo istorum noiato etiam reliqui intelliguntur quod in pluribus scripture locis occurrit.

¶De nominũ differentia quib̃ vtimur loquẽtes de deo

¶OI. XXII.

Post predicta nobis differendũ videt de nominum diuersitate q̃bus loquentes de vnitate ac trinitate ineffabili vtimur Deinde demonstrandũ est quibus modis de ea aliquid dicat. Illud ergo precipue teneamus quidam esse nomina distincte ad singulas p̃sonas pertinentia. vt ait ¶Aug. aug. in nono libro de trinitate que de singulis tantum dicunt personis. Quedam vero vnitatem essentie significantia sũt que et de singulis singillatim et de omnibus comuniter dicuntur. Alia vero sunt q̃ translatiue ac p̃ similitudinem de deo dicuntur. Unde ambrosi¹ ¶Ambrosius. in secundo libro de trinitate ait. Quo puzius niteat fides tripertita videt deriuanda distinctio. Sunt enim nomina quedam que euidenter ꝓprietatem personamq̃ deitatis ostendunt. Et sunt q̃dam que perspicuaz diuine maiestatis exprimunt veritatem. Alia vero sunt que translatiue et per similitudinez de deo dicuntur. Proprietatis itaq̃ indicia sunt generatio filius / verbũ / et huiusmodi Unitatis vero eterne sapiẽtia vtus / veritas / ⁊ huiõi. Similitudinis vero splẽdor caracter speculũ / ⁊ huiõi

¶Premissis addit quedam esse noia que temporaliter deo cõueniũt ⁊ relatiue dicuntur.

His adijciendũ

est quedam etiam nomina esse vt aug. ¶Aug. ait in quinto libro de trini. que ex tpe deo conueniunt et relatiue ad creaturã dicuntur. quorum quedam de omnib̃ dicũtur personis. vt dominus creator refugium. Quedam autem non de omnibus / vt donatus / datus / missus.

¶De hoc noĩe trinitas addit.

Preterea ẽ vnũ

nomen quod de nulla persona singillatim dicitur sed de omnibus simul id est trinitas quod non dicitur secundũ substantiam sed quasi collectiuum pluralitatem designat personarum.

¶De alijs nominibus que temporaliter deo congruunt. ⁊ nõ relatiue dicuntur.

Sunt etiã q̃daz

nomina que ex tempe deo ꝓueniũt nec

relatiue dicuntur. vt humanatus in/
carnatus. ⁊ huiõi. Ecce sex noim dif/
ferentias assignauim⁹ q̃bus vtimur lo/
quẽtes d̃ deo/ de q̃bus singl̃is agendũ ẽ

Qd̃ illa noĩa que ad singulas p̃
tinẽt personas relatiue ꝓprie
dicuntur. ea vero que vnitatẽ
essentie significant ad se dicun
tur. ⁊ de singulis ⁊ de omnib⁹
cõmuniter dicunt̃ personis et
singulariter non pluraliter in
summa accipiuntur.

Scienduz est er
go q̃ illa que proprie ad singulas per/
sonas ꝑtinent relatiue ad inuicem dicũ
tur/ sicut pater et filius/ et vtriusq̃ do
num spũssanctus. Ea vero que vnitatẽ
essentie significant ad se dicunt̃. ⁊ que
ad se dicuntur/ substantialiter vtiq̃ di
cuntur/ et de omnibus communiter. et
de singulis sigillatim dicuntur perso/
nis. et singulariter non pluraliter acci/
piũtur in summa. vt de⁹ bonus/ potẽs/
magn⁹ et huiõi. Que aũt relatiue dicũ
tur/ substantialiter nõ dicuntur. Und̃
augus. in quinto libro de trinitate ait.
Quidquid ad se dicitur prestantissima
illa et diuina sublimitas substãtialiter
dicitur. Quod autem ad aliquid dicit̃
non substantialiter dicitur sed relatiue
Tantaq̃ est vis eiusdez substãtie in pa
tre et filio et spũsancto/ vt q̃dq̃d de sin
gulis ad seipsos dicit̃. non pluraliter ĩ
summa/ sed singulariter accipiatur. Di
cimus enim pater est deus. et filius est
deus. et spũssanctus est deus. qd̃ scd̃m
substantiaz dici nemo dubitat. Non tñ
dicimus hanc trinitatem esse tres d̃os
sed vnum deũ. Ita dicit̃ pater magn⁹
filius magnus. ⁊ spũssanctus magnus.
non tres magni sed vnus magnus Ita
etiã omnipotens pater. omnipotens fi
lius. omnipotens spũssanctus. non tñ
tres omnipotẽtes/ sz vnus omnipotẽs
Quidquid ergo ad seip̃m dicitur deus
et de singulis personis similiter dicitur

Aug.
Hic ponit cõ/
firmationez.

et simul ipsa de trinitate nõ pluraliter/
sz singulariter dicit̃. Et quoniã non ẽ
aliud deo esse/ ⁊ aliud magnũ esse. sed
hoc idez est illi esse/ qd̃ est magnũ esse.
Propterea sic̃ non dicimus tres essen
tias sic nõ dicimus tres magnitudines
sz vnam essentiã et vnã magnitudinem

Qd̃ deus magnus est ea mag/
nitudine q̃ de⁹ est. sic de boni/
tate ⁊ de omnibus que secũdũ
substantiam dicuntur.

Deus enim nõ ẽ
magnus ea magnitudine qua nõ est qd̃
ipse est. vt quasi particeps eius sit alio
quin maior esset illa magnitudo q̃z de/
us. Deo autem non est aliquid maius.
Ea ergo magnitudine magnus est/ qua
ipse ẽ. Ideoq̃ nec tres magnitudines
dicimus/ sed vnaz magnitudinem. nec
tres magnos/ sed vnum magnum. q̃a
nõ participatione magnitudinis deus
magnus est/ sz seipso magnus est. quia
ipse est sua magnitudo. Ita et de boni
tate et eternitate et omnipotentia dei
dicendũ est/ ⁊ de omnibus omnino que
de deo fieri possunt ꝓnunciari substan
tialiter quibus ad seipsum dicitur non
trãslatiue ac per similitudinem. sed ꝓ/
prie si tamẽ de illo proprie aliquid ore
hominis dici potest Ecce aperte docuit
q̃ nomina vnitatem diuine maiestatis
significantia. et ad se dicuntur de deo
id est sine relatione/ et de omnibus per
sonis communiter. et de singulis diui/
sim dicuntur. nec pluraliter sed singu/
lariter in summa accipiuntur. Illa ve/
ro nomina que ꝓprie ad singulas per/
tinent personas relatiue nõ substantia
liter dicuntur. Qd̃ enim ꝓprie singula
in trinitate ꝑsona dicitur vt ait augusti
nus in eodem. Nullo modo ad seipsam
sed ad aliam inuicem/ vel ad creaturã
dicitur. Et ideo relatiue non substan/
tialiter dici manifestum est.

Aug.

De hoc noĩe qd̃ ẽ persona qd̃

cum secundum suabstantiam dicat. tñ pluraliter non singulariter in summa accipitur.

DI. XXIII.

Predictis adijciendum est q̄ cum omnia nomina que secũdum substantiaz de deo dicuntur/singulariter et non pluraliter de omnibus in summa dicantur p̄sonis vt supra ostensum est. tamen vnũ nomen p̄sona quod secundum substantiam dicit̄ de singulis p̄sonis et pluraliter. nõ singulariter in summa accipit̄ Dicimus em̄ pater est persona. filius est p̄sona. spiritussanctus est p̄sona. et hoc secundum substantiã dicitur Nec tamen dicitur pater et filius ⁊ spiritussanctus sunt vna p̄sona sed tres p̄sone Hoc ergo nomen excipit̄ a predicta regula nominũ que secundum substantiã de deo dicuntur. q̄z cum hoc ad se dicatur et secundum substantiam pluraliter. tamen nõ singulariter in summa accipitur.

Autoritas q̄ persona ad se dicat̄. ⁊ secundũ substantiam.

Aug.

Quod autẽ persona secundum substantiã dicat̄ aug̃. ostẽdit in septimo libro de trinitate dicens. Non est aliud deo esse. aliud personam esse/sed omnino idem. Item in hac trinitate cum dicimus personaz patris. non aliud dicimus q̄z substantiam patris. Quocirca vt substantia patris ipse pater est. non quo pater est. ꝑ quo est. Ita et p̄sona patris. non aliud q̄z ipse pater est Ad se quippe dicit̄ persona. non ad filium vel spiritumsanctum sicut ad se deus dicitur. et magnus et bonus. ⁊ iustus. ⁊ huiusmodi. Et quẽ admodum hoc illi est esse/quod deum esse. quod magnum. quod bonum esse ita hoc est illi esse quod personaz esse. Ecce expresse habes q̄ persona secundum substantiam dicitur. vt cum dicitur pater ẽ persona/hic sit sensus. Pater est diuina essentia. Similiter cum dicitur filius est persona. spũssanctus est persona. i. essentia diuina.

Nõ pater nõ eo est p̄ quo est.

Cur pater ⁊ filius ⁊ spũssanct⁹ nõ dicant̄ vna persona vt vna substantia ⁊ vnus deus.

Ideo oritur hec questio difficilis quidem. sed non inutilis. qua queritur cur non dicantur hij tres vna persona sicut vna essentia/et vnus deus. Quã questionem aug̃. diligenter tractat atq̄ congrue explicat in septimo libro de trinitate ita dicens/cur non hec tria simul vnam personam dicimus sicut vnam essentiam et vnum deum. sed dicimus tres p̄sonas cũ tres deos. aut tres essentias non dicamus.

Aug.

Solutio.

Quia volumus vel vnum aliquod vocabulum seruare huic significationi qua intelligitur trinitas ne omnino taceremus interrogãti quid tres/cum tres esse fateremur. Cum ergo querit̄ quid tres. vt ait augustinus in quinto libro de trinitate. Magna prorsus inopia humanum laborat eloquium dictuz. est tamen tres persone non vt illud diceret̄. sed ne taceretur omnino. non em̄ rei ineffabilis eminentia/hoc vocabulo explicari valet. Ecce ostendit qua necessitate dicatur pluraliter persone videlicet vt hoc vno nomine querentibus de tribus responderemus.

Aug.

Qua necessitate dictuz sit tres personas a latinis. et a grecis tres ypostases vel substãtie.

Qua necessita

te non solum latinus sermo. sed etiam grecus eadem pene super hac re laborans nominum penuria coartatur. Unde augustinus quid a grecis vel latinis necessitate de ineffabili trinitate dictū sit aperiens. in septimo libro de trinitate ait. Loquendi causa de ineffabilibus vt fari aliquo modo possemus / dictum est a grecis. Una essentia tres substantie. i. vna vsia. tres ypostases. Aliter em̄ greci accipiunt substantiam q̄ latini. A latinis aūt dictum est vna essentia. vel substantia tres persone. qꝛ non aliter in sermone nostro. i. latino essentie quā substantia solet intelligi. Et vt intelligatur saltez in enigmate placuit ita dici. Ut cuz quereret quid tria sint aliquid diceret que tria esse fides vera ꝓnunciat. cum et patrez non dicit esse filium. et spiritumsanctum. s. donū dei nec patrem dicit esse nec filium. Cū ergo queritur quid ttia vel quid tres. cōferimus nos ad inueniendum aliquod nomen quo cōplectamur hec tria. neq̄ occurrit animo qꝛ super eminētia diuinitatis vsitati eloquij facltatē excedit

Qd deus verius cogitat q̄z dicatur. verius est q̄z cogitatur

Verius enim cogitatur deus q̄z dicitur. ⁊ verius est q̄z cogitatur. Pater ergo ⁊ filius et spūssanctus / quomodo tres sunt. quid tres sint queramus. quid commune habeāt Non em̄ possunt dici tres patres. quia tantum pater ibi pater est. nec tres filij cum nec pater ibi sit filius. nec spiritussanctus. nec tres spiritussancti. qꝛ spūssanctus ꝓpria significatione qua et donum dei dicit. nec pater est nec filius. Quid ergo tres? Si tres persone esse dicuntur cōmune est eis id quod persona est Certe em̄ quia pater est persona et filius est persona. et spiritussanctus est persona. ideo tres persone dicūtur Propterea ergo dicimus tres personas. quia commune est eis id qd persona est Ex predictis aperte intelligi potest / qua necessitate dictum sit a latinis tres persone / cum persona secundū substantiam dicatur. Unde tribus cōmune est id quod ꝑsona est.

Quare non dicimus tres deos esse p̄rem ⁊ filium ⁊ spūmsanctum / vt dicim⁹ tres personas cū id quod deus est sit eis commune. qꝛ pater est deus / ⁊ filius ē deus. ⁊ spūssanct⁹ ē deus.

Sed queritur hic. cum dicamus patrem et filium et spiritumsanctū esse tres personas. quia cōmune est eis. quod ꝑsona est. i. quia pater est persona. et filius est persona. et spūssanctus est persona. cur non dicamus similiter tres deos. cū et pater sit deus. et filius sit deus. et spiritussanct⁹ sit deus. quia scz illud scriptura cōtradicit. hoc autem et si non dicit. non tamen contradicit. Unde augustinus hāc mouens questionez atq̄ diffiniens in libro septimo d̄ trinitate ita ait. Si ido dicimus patrem et filium et spiritumsanctum esse tres ꝑsonas. quia cōmune est eis id quod ꝑsona est. cur non etiaz tres deos dicimus. Certe vt predictuz est. quia pater est persona. et filius ꝑsona. et spiritussāctus ꝑsona. ideo tres persone dicunt. Quia ergo pater ē deus. et filius deus. et spiritussanctus deus. cur non dicant tres dij. Ecce ꝓposuit hanc questionem. Attende quid respondeat subdens. An ideo non dicuntur tres dij. qꝛ scriptura nō dicit tres deos? Sed nec tres personas alicubi scripture textus cōmemorat. An non ideo licuit loquendi et disputandi necessitate tres personas dicere. nō quia scriptura dicit / sed quia scriptura non contradicit. Si autem diceremus tres deos. contradiceret scriptura dicens. Audi israhel. Deus tuus / deus vnus ē. Ecce absolutio questionis. quare potius dicamus tres ꝑsonas / q̄z tres dos

quia illud scz non ꝓtradicit scriptura.

Alia questio cur non dicamus tres essentias vt tres personas cũ scriptura hic nõ cõtradicat

Verũ et hic alia

Aug.

emergit questio. quam aug. consequẽter adnectit dicens. Cur inquit ⁊ tres essentias non licet dicere. / quod similiter scriptura sicut nõ dicit / ita non cõtradicit. Ac si dicis q̃ ꝓpter vnitatem trinitatis non dicuntur tres essentie / sz vna essentia. quero cur non ꝓpter eandem vnitatem trinitatis dicantur vna psona et non tres persone. Vt em̃ est illis cõmune nomen essentie. ita vt singulus quisq̃ dicatur essentia. sic illis cõmune est persone vocabulz. Quid igitur restat? vt fateamur loquendi necessitate a grecis et latinis parta hec vocabula aduersus insidias vl errores hereticorum. Cunq̃ conaretur humana ĩopia loquendo ꝓferre ad hominum sensus quod in secretario mẽtis de deo tenet siue per piam fidem. siue per qualemcunq̃ intelligentiam timuit dicere tres essentias. ne intelligeretur in illa sũma equalitate vlla diuersitas. Rursum non poterat dicere non esse tria q̃dam. Quia quod dixit sabellius in heresim lapsus est Quesiuit ergo q̃d tria diceret. et dixit. tres psonas. siue tres substantias secundũ grecos.

Sicut nos dicimus tres personas. ita greci tres substantias quas dicũt ypostases aliter accipientes substantiã q̃z nos.

Quod enim de

personis secundum nostraz. hoc de substancijs secundum ꝓsuetudinem gtecorum oportet intelligi. Sic em̃ illi dicũt tres substantias vnam essentiam id est tres ypostases vnam vsiam. Quemadmodum nos dicimus tres psonas vnaz essentiam vel substantiam. Quamq̃ũ et illi si vellent sicut dicunt tres substantias. tres ypostases possẽt dicere / tres personas. tria prosopa. Illud aũt maluerunt dicere quia fortasse secundũ lingue sue ꝓsuetudinem aptius dicitur.

Qd in trinitate non est diuersitas / nec singularitas vel solitudo. sed vnitas ⁊ trinitas ⁊ distinctio et idemptitas.

Jam sufficiẽter

vt puto ostensum est. qua necessitate dicamus tres personas. et quare nõ similiter tres deos vel essentias. quia scz in altero obuiat scriptura. in altero diuersitatis intelligẽtia. quia ibi nulla penitus est diuersitas. sic nec singularitas vel solitudo / sed vnitas ⁊ trinitas. Vñ augustinus in libro septimo de trinita. ait. Aug. Humana inopia querens quid diceret tria. dixit tres personas vel substantias / quibus nominibus non diuersitatem voluit intelligi. sed singularitatem noluit. vt non solum ibi vnitas ĩtelligatur / ex eo quo dicit vna essentia sed trinitas ex eo q̃ dicuntur tres persone. Hilarius quoq̃ in libro septimo de trinitate ait. Hilarius. Dominus dicit. Qui me videt / videt et patrem. Cũ hoc dicitur excluditur singularitas atq̃ vnici. i. solitarij intelligentia. Naz nec solitarium sermo significat. et indifferentem tamen naturam ꝓfessio docet. Visus est em̃ in filio pater per nature vnitam similitudinem. Unum sunt em̃ natus et generans. vnum sunt neq̃ vnus Non itaq̃ solitarius filius est / nec singularis nec dispar. Item in eodez. Sicut in patre et filio credere duos deos impium est. ita patrem et filium singularem deum p̃dicare sacrilegiũ est. Nichil in his nouum. nichil diuersum. nichil alienum. nichil separabile est. De hoc etiam aug. in libro questionum veteris ac noue legis ait. Aug. Unus est deus sed non singularis. Item ambrosius in Ambrosius.

libro de trinitate ait. Quod vnius est substantie separari non potest / et si nõ sit singularitatis ꝗ vnitatis. deus vnus cum dicitur nequaquam deitatis trinitatem excludit. Ei ideo non qõ singularitatis / sed qõ vnitatis est predicat. Ecce ex predictis ostenditur. qꝛ nec singularis / nec diuersus / nec vnicus / vel solitarius ꝓfitendus est deus. quia singularitas vel solitudo personarum pluralitatem excludit. et diuersitas vnitatem essentie tollit. diuersitas inducit separationem diuinitatis. Singularitas adimit distinctionem trinitatis. Ideo ambrosius in primo libro de trinitate ait. Nõ est diuersa nec singularis equalitas. Nec iuxta sabelianos patrem / filiumqꝫ confundens. Nec iuxta arrianos patrem filiumqꝫ secerens. Pater enim et filius distinctionem habent. separationem vero non habent. Item in eodem. Pater et filius diuinitate vnũ sunt. nec est ibi substantie differentia. nec vlla diuersitas. Alioquin quomodo vnum deuꝫ dicimus. diuersitas eñ plures facit Constat ergo ex predictis quia in trinitate nulla est diuersitas / si tamen aliquando in scriptura inuenit dictuꝫ tres diuerse persone et huiusmodi diuersas dicit distinctas.

Amb.

diuerse dicuntur aliqñ pso/ne. i. distincte

Quod nõ debet dici deus multiplex.

Et sicut ĩ trinitate non est diuersitas. ita nec multiplicitas. et ideo non est dicendus deus multiplex / sed trinus et simplex. Unde ambrosius in primo libro de trinitate ait. Est in patre ꝛ filio non discrepans. sed vna diuinitas. nec confusum qõ vnum est. nec multiplex esse põt quod indifferẽs est. Multiplex itaqꝫ deus nõ est.

Amb.

Quid significetur his nominibus vn? duo vel due. tres tria trin? vl' trinitas plures vel pluralitas. distinctio vel distincte cũ his vtimur de deo loquẽtes

Hic diligenter inquiri oportet / cũ in trinitate nõ sit diuersitas vel singularitas. nec multiplicitas vel solitudo. quid significet his nominibus. s. vnus vel vna. duo vl' due. tres vel tria. trinus vel trinitas. plures vel pluralitas. distincte vel distinctio. cum dicitur vnus deus due persone. vel tres persone. plures persone distincte sunt persone. vel cum dicit distinctio personarum. pluralitas personarum. trinitas personarum et huiusmodi Videmur eñ hoc dicentes numerorum quantitates et rerum multitudinem vel multiplicitatem in deo ponere Quid ergo ista ibi significent. ipso de quo loq̃mur apiente insinuare curem?

DI. XXIIII.

Magis illa dicunt ad excludẽdum ea que non sunt in deo q̃ ad ponendum aliqua.

Si diligẽter premissis autoritatum verbis intendimus vt dictorum intelligentiam capiamus. magis videtur horum verborum vsus introductus ratõne remouendi atqꝫ excludendi a simplicitate deitatis que ibi non sunt / q̃ ponendi aliqua.

Quid per vnum significetur cum dicitur vnus deus.

Cum enim dicit vnus deus. multitudo deorum excluditur. nec numeri quantitas in diuinitate ponitur tanquã diceretur deus est. nec multi sunt. vel plures dij. Unde amb. in libro de trinitate ait. Cum vnum dicimus deũ. vnitas excludit numerum deorum. Nec quantitatẽ in deo ponit qꝛ nec numerus / nec quãtitas ibi est.

Amb.

¶ Quo sensu dicitur vnus est pater / vel vnus est filius.

Bimiliter cuz dicitur vnus est pater / vel vnus est filius et huiusmodi. ratio dicti hec est / q̃ nõ sunt multi patres vel multi filij. ita et desimilibus.

¶ Ex qua intelligentia dicantur persone plures.

Item cum dicimus plures esse personas. singularitatem atq̃ solitudinem excludimus. nec diuersitatem. nec multiplicitatem ibi ponimus quasi diceretur. Sine solitudine ac singularitate psonas ꝓfitemur. Unde hylarius in quarto libro de trinitate sic ait. Dixit deus. Faciam' hominem ad imaginem et similitudinem nostram. Quero nunc an solum deuz sibi locutum existimes. An hunc sermonem eius intelligas / ad alterum extitisse. Si soluz fuisse dicis / ipsius voce argueris dicentis. Faciamus et nostram Sustulit em̃ singularitatis ac solitudinis intelligentiam ꝓfessio cõsorcij. q̃a aliquod consortium esse non potest ipi solitario. neq̃ solitudo solitarij recipit faciamus. nec alieno a se diceret nostrã Attende lector his verbis et vide / q̃a nomine cõsorcij pluralitatem significauit. Professio ergo consortij est professio pluralitatis quam ꝓfessus est dicens. Faciamus et nostram. pluraliter em̃ vtrumq̃ dicitur. Sed hac ꝓfessione pluralitatis non diuersitatem vel multitudinem posuit. sed solitudinem et singularitatez negauit. Sic ergo cũ dicamus plures personas vel pluralitatem personarum singularitatis / et solitudinis intelligentiã excludimus.

Hylarius.

¶ Quid per ternarium significetur cũ dicitur tres psone.

Ita etiam cum dicimus tres personas nomine ternarij / non quantitatem numeri in deo ponimus. vel aliquam diuersitatem. sed ĩtelligentiam non ad alium nisi ad pãez et filium / et spiritumsanctum dirigendam significamus. vt sit huius dicti intelligentia tres persone sunt. vel tres sunt. pater et filius et spiritussanctus. id est nec tm̃ pater nec tantum filius. Nec tantum pater et filius in deitate sunt. sed etiam spiritussanctus / et non alius ab his. Similiter non tantum est ibi hec persona / vel illa / vel hec z illa / sed hec et illa. et illa z nõ alia. Et hoc fore ita intelligendum. augustinus satis ostendit / vbi dicit / q̃ illo nomine nõ diuersitatem intelligi voluit. sed singularitatem noluit.

Aug.

¶ Quid per duõ cuz dicitur due persone vel pater z filius duo sunt.

Bimiliter cuz dicitur duo sunt pater et filius. non dualitatis quantitatem ibi ponimus. ꝗ hoc significamus / q̃ non est pater tantum. nec tantum filius. sed et filius pater. et hic non est ille. ita et de alijs huiusmodi. Ita etiam cum dicimus pater et filius / sunt due psone. hoc significamus q̃ non tantum pater est persona. nec tãtum filius est persona. sed pater est persona et filius est psona. z hec nõ est illa

¶ Ex quo sensu dicitur in personis distinctio vel persone distincte.

Cum autem dicimus distincte sunt persone / vel distinctio est in personis. ꝓfusionem atq̃ permixtionem excludimus. et hanc nõ esse illam significamus. Cunq̃ addimus distincte sũt persone ꝓprietatibus sine

differentes / proprietatibus aliam esse hanc psonam et aliam illam suis ppri etatibus significamus. Et cum dicimus aliam et aliam / non diuersitatem vel a lienationem ibi ponimus / sed pfusionē sabellianam excludimus.

Quomō ibi accipiat discretio

Ita etiam dicū tur discrete persone vel cum dicitur di scretio in personis esse / eandem intelli gentiam facimus. Eodem enim modo ibi accipitur distinctio / quo discretio. Et congrue dicitur ibi esse discretio vl distinctio non diuersitas vel diuisio vel separatō. Unde ambrosius in primo li bro de trinitate. Non est ipse pater qui filius / sed inter patrem et filiuz expres sa distinctio est. Ambr.

Quomō trinitas ibi accipiat

Cum vero dicit trinitas id significari videtur quod sig nificatur cum dicitur tres persone / vt sicut non potest dici pater tres est per sone. vel filius est tres persone. ita non debeat dici pater est trinitas vel filius est trinitas.

Quod videtur contrariuz pre dictis.

Hic non est pret mittendum / q cum supra dictum sit de um nec singularem / nec multiplicem es se pfitendum. idq sanctorum autorita tibus sit pfirmatum in contrariuz vide tur sentire isidorus dicens. Distinguē dum est inter trinitatem et vnitatem. Est enim vnitas simplex et singularis. trinitas vero multiplex et numerabi lis. quia est trinitas triuz vnitas. Ecce vnitatem dicit esse singularem et trini tatem multiplicem et numerabilem. ꝗ ad hoc dicimus quia singularem acce pit / sicut et alij accipiunt vnum. multi plicem vero z numerabilem sicut alij di cunt trinum.

Quid significetur cuz dicitur pluraliter tres persone vl' due persone.

Preterea pliderandum est cū hoc nomen persona vt predi ctum est secūdum substā tiam dicatur que sit intelligencia dicti cuz pluraliter pfertur tres persone / vl' due persone. Et cum dicitur alia est p sona patris. alia est persona filij. alia ē persona spiritussancti. Si em in his lo cutionibus persone vocabuluz essentie intelligentiam facit / plures essentias p fiteri videmur / et ita plures deos. Si vero essentie significationem ibi non te net. alia est huius nominis ratio cuz di citur pater est persona. vel filius est p sona et alia cum dicitur. pater et fili us et spiritussanctus sunt tres persone et cum dicitur alia est persona patris / alia filij z huiusmodi. DI. XXV.

Quod videtur secunduz essen tiam dici. alia est persona pris alia filij siue tres persone. vt cum dicitur. pater est persona filius est persona.

Persona enim vt supra ait aug. ad se dicitur. et idem est deo esse personam quod esse. sicuti idem esse quod deum esse. Unde ma nifeste colligitur / q essentiam diuinaz predicamus dicentes. Pater est perso na. filius est persona. spiritussanctus ē persona. i. essentia et omnino vnum et idem significatur nomine persone. i. di uina essentia. cum dicitur pater est per sona. et filius est persona / quod signifi catur nomine dei cuz dicitur. pater est Aug.

deus. filius ē deus. Ita etiam idem significatur cum dicitur deus est deus. et deus est persona. Utroq; em̄ nomīe essentia diuina intelligitur. quia vtrūq; secundum substantiam dicitur. Cuz vero dicitur pater et filius et spiritussāctus sunt tres persone. quid nomine p̄sone significamus. An essentiam? hoc em̄ videtur. si supra posita verba augustini diligenter scrutemur. Supra em̄ dixit q̄ ideo tres personas dicimus qz id quod persona est cōmune est tribus Et idem. quia pater est persona. et filius est persona. et spiritussanctus est p̄sona. ideo tres persone dicuntur. Videtur ergo eandem tenere significationem hoc nomen persona cum tres persone dicunt̄ quam habet cuz dicitur pater est persona. filius est persona. spiritussanctus est persona. quia vt ostendit augustinus hoc dicitur. i. tres persone ꝓpter illud. quia id quod p̄sona est cōmune est eis id ergo q̄ commune ē eis. i. patri et filio et spirituisancto videt̄ significari nomine persone / cuz dicitur tres persone.

Qd̄ noīe p̄sone id significatur. cuz dicit̄ pater ē p̄sona q̄ significatur noīe dei cū dicit̄ pr̄ est de⁹.

Aliter etiaz videtur posse ostēdi q̄ secundū essentiam dicat̄. etiā cum pluraliter ꝓfertur.

Aliter etiam videtur posse ostendi. q̄ ibi nomine p̄sone significetur essentia cum dicit̄ tres persone. Ut em̄ supra dixit augustin⁹ ea necessitate dicimus tres p̄sonas vt responderemus querētibus. quid tres vel quid tria. Cum ergo querit̄ quid tres / vel quid tria. cōuenienter respōdetur. cum dicitur tres persone. At cū queritur. quid tres vl' quid tria. Per quid de essentia queritur. Non enim īuenitur quid illi tres sint / nisi essentia. Si ergo questioni recte respondemus / oportet vt respondendo essentiam significemus. alioquin nō ostendimus q̄d tres sint. Si vero respondentes essentiam significamus per ipsam essentiaz

Aug.

persone nomine intelligimus cum dicitur tres persone.

Opinio quorundā qui putant essentiam significari noīe p̄sone cū dicimus tres personas.

Quibusdam videtur q̄ nomine persone significetur essentia. cum dicitur tres p̄sone. Propterea qz augustin⁹. dicit ideo dici tres personas. quia commune est eis id qd̄ est p̄sona. vt sit talis intelligētia pater et filius et spiritussanctus sunt tres p̄sone. i. sunt tres id habentes commune quod est persona. i. tres sunt quorū quisq; est persona. i. essentia. Sz quomodo iuxta hanc intelligentiam diceretur alia est persona patris. alia filij. Ex hoc etiam volunt intelligere scz alius ē pater. et alius est filius. id tamē cōmune habentes quod est persona. et hoc ꝯfirmant autoritate augustini q̄ in septimo libro de trinitate ait. Tres personas eiusdem essentie. vel tres personas vnam essentiam dicimus. Tres aūt personas ex eadem essentia non dicimus quasi aliud ibi sit quod essentia est. aliud qd̄ persona est. Hac autoritate et premissis conantur asserere in predictis locutionibus nomen p̄sone essentiam significare. Sed quid respondebunt ad id quod ipse augustinus in li. de fide ad petrum dicit. s. q̄ alius est pater in persona / siue personaliter. alius p̄sonaliter filius. alius personaliter spiritussanctus? Quomodo em̄ alius p̄sonaliter pater. alius p̄sonaliter filius. alius personaliter spūssanctus si in esse p̄sonam omnino ꝯueniunt. i. si persona essentie tm̄ intelligentiam facit. Ideo nobis videtur aliter hoc posse dici cōgruentius. iuxta catholicorum doctoꝝ autoritates.

Aug.

Qd̄ hoc nomen persona tripliciter in trinitate accipitur / et ē hec vtilis et catholica doctri-

na de persona et personis.

Sciendum ē igi tur / q̄ hoc nomen persona multiplicez intelligentiam facit / non vnam tantū. Et vt hylarius ait in libro de trinita/ te Intelligentia dictorum ex causis est assumenda dicendi. quia non sermoni res / sed rei est sermo subiectus. Discer nentes ergo dicendi causas huius no/ minis scz ꝑsona significationem distin guimus. dicentes q̄ hoc nomen. s. per sona ꝓprie secundum substantiam dici tur et essentiam significat. sicut supra ostendit aug̃. cum dicitur. Deus est ꝑ/ sona. pater est persona. Quadam tamē necessitate vt supra dixit aug⁹ / transla latum est hoc nomen vt pluraliter dice retur tres persone. cuz quereret̃ / quid tres. vel quid tria. vbi non significat es sentiam. i. naturam diuinam que com/ munis est tribus ꝑsonis. s. subsistētias vel ypostases secundum grecos. Gre/ ci quippe vt supra dixit augustinus. a liter accipiunt substantiam. i. yposta/ sim aliter nos. Nos em̄ substantiam di cimus essentiam siue naturam. Perso nas autez dicimus. sicut illi dicunt sub stantias. i. ypostases. Si ergo nos ita accipimus ꝑsonas. vt illi accipiunt sub stantias vel ypostases. at illi aliter ac/ cipiunt ypostases / q̄z nos substantiam aliter ergo nos accipimus personas q̄z substantiam. Cum ergo dicimus tres ꝑsonas nō ibi persone nomine essentiaz significamus Quid ergo dicimus? Di cimus qr tres persone sunt. i. tres sub sistentie. scz tres entes. pro quo greci/ dicunt tres ypostases.

Hylarius.

Aug̃.

Quid signifi/ cet̃ cū dicitur tres persone tres subsisten tie vel tres en tes nō tres es sentie.

Ostendit verba aug⁹. conueni re huic sententie.

Et hic sensus ad iuuatur ex verbis augustini premissis si interius intelligantur. Quia em̄ pa/ ter est persona. i. essentia. ⁊ filius est ꝑ sona / et spiritussanctus ꝑsona. Ideo dicuntur tres persone. i. tres subsistē/ tie. i. tres entes non enim possunt dici tres subsistētie vel entes. nisi singulus eoꝝ esset persona. i. essentia. Quia er/ go eis cōmune est id qd̄ est persona. i. essentia. Ideo recte dicuntur tres per sone. i. subsistentie vel subsistentes Ut sicut essentia que eis est communis / ve re ac ꝓprie est ita illi tres vere ac pro/ prie subsistentie vel entes intelligantur Ideoq̄z augustinus causas dictoruz di scernens. dicit tres personas esse vnaz essentiam. vel eiusdem essentie. non ex eadez essentia. ne aliud intelligatur ibi esse persona. aliud essentia. Tres enim persone. i. subsistētie. vna sunt essentia et vnius essentie. Non autem vna sunt persona. vel vnius persone. licet perso na secundum substantiaz dicatur aliqñ Nam si hoc diceretur confusio fieret in personis.

Aug̃.

Obiectioni illorum hic respō/ det qua nitunt̃ probare / perso nas secunduz essentiam accipi quia respondemus querenti/ bus q̄ tres / vel q̄ tria.

Ad hoc autem quod illi dicunt. cum queritur q̄d tres vel quid tria / de essentia queritur. q̄a non inuenitur quid illi tres sint nisi essē tia per hoc volentes nos inducere / vt nomine persone essentiam intelligam⁹ cum respondemus tres personas ita di cemus / indubitabiliter verum est. q̄a non inuenitur vnum aliquid quod illi tres sint nisi essentia. Unum enim sunt illi tres. i. essentia diuina. Unde veri/ tas ait. Ego et pater vnum sumus Ve runtamen cum queritur quid tres vel quid tria. non de essentia queritur. nec ibi quid ad essentiam refertur. Sed cū fides catholica tres esse ꝓfiteretur sicut iohānes in epistola canonica ait. Tres sunt qui testimonium perhibent in ce/ lo. querebatur quid illi tres essent. i.

an essent tres res. et que esset tres res et quo nomine ille tres res significarẽ tur. et ideo loquendi necessitate inuentum est ad respondendum hoc nomen psona / et dictum est tres psone. Non autem te moueat q̃ dixim' tres res. Nõ enim hoc dicentes diuersarum rerũ numerꝰ ponimus in trinitate. sed ita tres res dicimus. vt easdem esse vnam quãdam summam rem cõfiteamur. Aũ augustinus in primo libro de doctrina cristiana sic ait. Res quibus fruendum est nos beatos faciunt. Res ergo q̃bus fruendum est sunt pater et filius ⁊ spiritus sanctus. Eademq̃ trinitas vna quedã summa res est / communisq̃ fruentib' ea. si tamen res et non rerum omnium causa sit. Non enim facile potest inuenirī nomen quod tante excellentie conueniat / nisi q̃d melius dicitur trinitas hec vnus deus. Sicut ergo tres res dicuntur / ⁊ hee sunt vna res / ita tres subsistentie dicuntur / ⁊ hee sunt vna essentia. Ecce ostensum est que sit intelligẽtia huius nominis persona / cum dicimus tres personas.

Quid tres res et q̃d vna res dicitur.

Aug.

Ex quo sensu dicatur. alia est psona patris alia filij alia spiritussancti.

Nũc inspiciam'.

vtrum secundum eandem rationem et causam dicatur. alia est persona pris. alia filij. alia spiritussancti. quod vtiq̃ sane intelligi potest / vt sit sensus talis alia est subsistãtia vel ypostasis patris. alia subsistẽtia filij. alia subsistentia spiritussancti. Et alia subsistentia pater / alia filius alia spiritussanctus

Quomõ hec intelligantur / alius in persona pater. alius filij' alius spiritussanctus.

Deinde queritur

vtrum secundum eandem rationem accipiatur cum dicitur / alius est pater in persona. alius in persona filius. alius in persona spiritussanctus. siue alius psonaliter pater. alius personaliter filij' alius personaliter spiritussanctus. Ad quod dicimus q̃z et si possit eodem modo accipi / congruentius tamen ex ratõne dicti alia variatur intelligentia. vt hic psone noie ꝓprietas psone itelligatur / vt sit sensus talis. Alius est in persona vel personaliter pater. i. ꝓprietate sua. pater alius est q̃z filius / et filius ꝓprietate sua. alius q̃z pater. Pater / nali enim ꝓprietate distinguitur ypostasis patris / ab ypostasi filij. et ypostasis filij filiali ꝓprietate discernitur a patre. et spũssanctus ab vtroq̃z distinguitur processibili ꝓprietate.

Qd aliter hic accipit psona quaz sup. hic ꝓprietate accipitur.

Qd secundũ hunc modũ i predictis locutionib' põt accipi.

Hoc etiaz modo

sane potest accipi persona in premissis locutionibus cũ dicitur alia est persona patris. alia filij. i. alia ẽ ꝓprietas qua pater est. alia q̃ filius est. alia qua spiritussanctus est spũssanctus. Ita etiam noie persone quidã ꝓprietates intelligere volunt. cum dicunt tres persone / sed melius est vt subsistentias vel ypostases intelligamus cum dicimus tres personas. Ex predictis colligitur q̃ nomen persone in trinitate triplicem tenet rationem. Est enim vbi facit intelligentiam essentie / et est vbi facit intelligentiam ypostasis et est vbi facit intelligentiam ꝓprietatis.

Cũmaz dictorum colligit.

Autoritatibus sanctorũ ostendit quod dixit.

Quod aũt secundum

substantiam dicatur et essentiam aliquãdo significet / supra ex dictis augustini aperte ostendimus. Qd vero ꝓ ypostasi atq̃z ꝓprietate accipiatur / ex

autoritatibus sanctorũ ostendi oportet ne ꝯiecturis nostris aliquid ausi dicere videamur De hoc hieronimus in expositione fidei catholice ad alipium et augustinum ep̃os ita ait. Nõ est prorsus aliquis in trinitate gradus. nihilq; qđ inferius superius ve dici possit / sz tota diuinitas sui ꝑfectione equalis est. vt exceptis vocabulis que ꝓp̃etatez indicãt personaꝝ quidquid de vna persona dicitur / de tribus possit dignissime intelligi. atq; vt confutantes arrium vnã eandemq; trinitatẽ dicimus esse essentiam vel substantiã. ⁊ deum vnũ in trib⁹ personis fatemur. ita etiam impietatẽ sabellij declinantes / tres ꝑsonas exp̃ssas sub ꝓp̃etate distinguimus nõ ipsuz sibi patrẽ / ipsum sibi filiuz. ip̃m sibi spiritumsanctũ esse dicentes sed aliam patris / aliam filij. aliam sp̃ũssancti esse ꝑsonam. Non em̃ nomina tantummõ. sz etiam nominũ ꝓprietates. i. ꝑsonas vt greci exprimunt ypostases. i. subsistẽtias cõfitemur. Nec pater filij / vel sp̃ũssancti personã aliquãdo excludit. Nec filius vel sp̃ũssanctus patris nomen personamq; recipit. Sed pater semper pater. ⁊ filius semper filius. ⁊ sp̃ũssanct⁹ semper sp̃ũssanctus. Itaq; substantia vnũ sunt. sz personis ac nominibus distinguuntur. Ecce hic aperte dicit hieronimus ꝓp̃etates esse ꝑsonas. ⁊ ꝑsonas esse subsistentias. Unde manifestũ fit qđ diximus. s. persone nomine significari. ⁊ ypostasim ⁊ ꝓprietatẽ. Johannes etiã damascenus ꝑsonas dicit esse ypostases et eas dicit entes ita inquiẽs In deitate vnam naturam ꝯfitemur et tres ypostases. secundum veritatẽ entes. i. personas.

Jero⁹

Jero⁹.

Jo. damas.

De ꝓprietatib⁹ personaꝝ / sed prius de hoc noĩe ypostasis.

DI. XXVI.

Nunc de ꝓprietatibus personaruz quas frequenter in hoc tractatu commemorauimus aliquid loqui nos oportet. Sed primuz audiam⁹ quid de hoc nomine ypostasis hieronimus dicit. Ait enim sub hoc noĩe venenum latere. Sed hoc dicit secunduz q̃ heretici eo vtebantur vt simplices seducerent. s. pro persona ⁊ pro essentia. vt siue diceretur vna tantũ ypostasis siue tres minus peritos ad inconueniẽs deducerent / cum non erat hoc nomen ita apud catholicos vulgatum. nec ita eis significatio determinata vt modo. Et ideo hieronimus dicit hoc nomine non vtendum fore sine distinctione vel expositione tũc. s. quando cum hereticis cõtendebatur / ita scribens de fide catholica ad damasum papã. Ab arrianorũ p̃sule ypostaseon nouelluz nomen a me homine romano exigit. Interrogam⁹ quid tres ypostases arbitrẽtur ĩtelligi Tres personas subsistentes aiũt. Respondemus nos ita credere. nõ sufficit eis sensus ip̃m nomen efflagitãt. qꝛ nescio q̃d veneni in sillabis latet. clamamus si q̃s tres ypostases. i. tres subsistẽtes personas nõ confitetur anathema sit. Si quis autem ypostasim vsiam intelligens / non tribus personis vnã ypostasim indicit. Alienus a christo est qui scz tres ypostases dicens. sub nomine pietatis tres naturas conatur asserere Sufficiat nobis dicere vnam substantiam / et tres ꝑsonas perfectas equales taceamus tres ypostases si placet non bone suspitionis est cũ in eodem verbo sensus dissentiunt. aut si rectum putatis tres ypostases cũ interpretatõibus suis debere nos dicere nõ negam⁹. Sz michi credite venenum sub melle latet Transfigurat em̃ se angelus sathane ĩ angelum lucis. His verbis non negat vtendũ esse nomine ypostasis. sed hereticos eo praue vsos ostendit / ꝯtra quos cautela opus erat in distinctione significationis. alioquin sibi cõtradiceret q̃ supra tres ypostases ꝯfitetur.

Jero⁹

De ꝓprietatib⁹ personaꝝ ⁊ de noĩbus eaꝝ relatiuis.

Aug.

Quid sit ꝓprium patris.

Quid sit ꝓp̄um filij.

Quid sit propriū spūssancti.

Jaz de ꝓprietatibus personarum videamus. que etiā notiones siue relatōes in scriptura plerumq; dicuntur In illa trinitate sancta q̄ ideo a nobis repetit̄ vt cordi nostro tenatius infigatur. ait augustinus in libro de fide ad petrum aliud est genuisse q̄ natum esse. aliudq; est ꝓcedere q̄ genuisse vel natū esse Unde manifestū est ꝙ alius est pater. alius filius. alius spūssanctus. Et est ꝓp̄um solius patris non quia non est natus ipse/ sz ꝙ vnum filium genuit. ꝓp̄umq; solius filij. non quia ipse nō genuit. sed quia de patris essentia natus est. Propriū vero spūssancti est. nō quia nec natus est ipse nec genuit. sz quia solus de patre filioq; ꝓcedit. Ecce breuiter assignauit tres ꝓprietates triū personaꝝ quaruz vna nō est alia. Hoc enim significauit cum dixit. Aliud est genuisse q̄ natum esse aliudq; ꝓcedere. i. alia ꝓprietas siue notio est generatio. et alia natiuitas. alia processio que alijs nominibus dicunt̄ paternitas filiatio.

Hic de noib⁹ relatiuis que notant ipsas relationes.

Has ꝓprietates designant nomina personaꝝ scz pater/ filius/ et spūssanctus que relatiua sunt et ad se inuicem dicuntur. quia notant relationes que non sunt deo accidentales. sed in ipsis personis ab erterno sūt immutabiliter vt non modo appellationes sunt relatiue/ sed etiam que relatōnes siue notiones in rebus ipsis scilicet in personis sint.

Qd̄ non omnia que de deo dicuntur secunduz substantiam dicunt̄ quedam enim secūduz relationē dicūtur nichil tamē secundum accidens.

Quocirca sciendum est non omne quod dicitur de deo dicitur dici secundum substantiam. q̄a quedam dicuntur secundum relationē que non est accidens. quia non est mutabilis. Unde augustinus in quinto libro de trinitate docet. Nichil in deo secundum accidens dicitur/ quia nichil ei accidit. Nec tamen omne quod dicitur secundum substantiam dicitur. In rebus creatis atq; mutabilibus/ quod non secundum substantiam dicitur/ restat vt secundum accidens dicatur In deo autem nichil quidem secundum accidens dicitur. quia nichil in eo mutabile est aut amissibile. Nec tamen omne quod dicitur secundum substantiaz dicitur. Dicitur enim ad aliquid sicut pater ad filium/ et filius ad patrem/ quod non est accidens. quia et ille semper pater/ et ille semp̄ filius/ ⁊ ita semper. quia semper nat⁹ est filius. nec cepit vnq̄ esse filius. Qd̄ si aliquando esse cepisset aut aliquando desineret esse filius/ secundū accidens diceretur. Et quia pater non dicitur pater nisi ex eo quod est filius. et filius non dicit̄ filius nisi ex eo ꝙ habet patrem. Non secundum substantiā hec dicuntur sed ad inuicem ista dicuntur. neq; tamen secundum accidens. qr et ꝙ dicitur pater/ ⁊ ꝙ dicitur filius et eternum atq; immutabile est eis. Ecce aperte his v̄bis ostēditur quedam dici de deo secundū substantiam/ quedam secundum relationē nichil tamen secundū accidens. Ostenditur etiam ꝓprietas patris esse ꝙ habet filium. et ꝓprietas filij ꝙ habet patrem. Ideoq; cum dixit eternum et incōmutabile esse quod pater dicit̄ et qd̄ filius dicitur ita intelligi voluit. i. proprietas qua pater est pater. et ꝓp̄ctas qua filius est filius/ eterna est ⁊ incōmutabilis. quia et pater semper pater ⁊ filius semper filius. Unde et hilarius ꝓprietas personaꝝ assignans in duodecimo libro de trinitate ait. Si semp̄ patri ꝓp̄um est ꝙ semp̄ est pater. necesse est semp̄ filio ꝓprium esse vt semper est filius. Ubi em̄ semper pat̄ est semp̄ et

Aug.

Hylari⁹ ꝓp̄etates p̄ris ⁊ filij determiat

filius. ergo qui nõ semper pater est. nõ semper genuit. Item in eodem. Nato deo manifestum est ꝓprium esse quod filius est.

Quare dicatur esse proprium vnigeniti / ꝙ est filius dei cum etiam hoies sint filij dei.

Hic queritur quõ dicatur esse ꝓprium nato deo ꝙ est dei filius vl' genitus ex deo. cum etiam homines filij dei dicantur et sint secũduz illud. filij excelsi omnes. Et ad moysen de populo israhel dominus ait. Filius meus primogenitus israhel / sed magna est distantia. homines enim filij dei sunt factura. non natiuitatis ꝓprietate deus aũt filius originis ꝓprietate filiꝰ ẽ ⁊ veritate natiuitatis. nõ factura vel adoptione. ⁊ illi quidez ante sunt q̃ꝫ filij dei sunt. Fiunt enim filij nõ nascunt filij dei. Unde hilarius solum deũ natũ originis ꝓp̃etate dei filiuz ostendẽs niter ipsum et homines filios dei euidẽtissime distinguit in. xij. libro de trinitate ita dicens. Vero patri solus qui ex eo nascitur vere filius est. ⁊ nos qui dẽ filij dei sumus / sz ꝑ facturaz. Fuimꝰ em̃ aliquando filij iracundie. sz filij dei per adoptionez effecti sumus potius q̃ꝫ nascimur. ⁊ qꝛ omne qđ fit anteq̃ꝫ fiat nõ fuit. Nos cũ filij non fuissemus / efficimur. Ante em̃ filij non eramus / sz per gratiã facti sumus. nõ nati neqꝫ generati / sed acquisiti. acquisiuit em̃ nos deus sibi. ⁊ per hoc dicitur nos genuisse. Genuisse enim deum filios. nunquã cum ꝓprietatis significatione cognoscimus dici. Ex adoptione em̃ homo factus est filius dei non generatione / neqꝫ ei ꝓp̃etas est / sz nuncupatio. ac per id nõ vere filius. quia nec ꝓprie natus dr̃ nec semper fuit filius. Unigenitus autez deus nec fuit. aliqñ non filius. nec fuit aliquid antequam filius. nec quid quã ipse nisi filius. atqꝫ ita qui semper est filius nascibilitatis ꝓprietate ac veritate filius eius est solius qui genuit. et ille tantum qui genuit pater ipsius ẽ quia sicut ille filius origine. ita ille pater generatione.

Solutio.

Hylariꝰ auctoritate cõfirãt solutionem.

Apta distinctio inter deũ filiuz et hoim filios. q̃a ille natꝰ filius hij facti filij.

Quod homo dicitur filius trinitatis et trinitas potest dici pater hominum.

Homo vero qui filius dei est factura / non tãtum patris sed et filij et spiritussancti filius est. i. tocius trinitatis. ⁊ trinitas ipsa pater eius dici potest. Uñ augustinus in. v. libro de trinitate dicit. Non potest dici trinitas pater nisi forte trãslatiue ad creaturam ꝓpter adoptionez filiorum Quod enim scriptũ est. audi israel dñs deus tuꝰ deus vnus ẽ / nõ vtiqꝫ excepto filio aut spũsancto / oportet intelligi quẽ vnum dñm deum nostruz recte dicimus etiam p̃rem nostꝝ / per gratiã suã nos regenerantez. De hoc etiam hilarius in. vj. libro de trinitate ait Omnibus per fidẽ deus est pater / quibus est pater per eam fidẽ hiesum xp̃m dei filium confitemus. Ecce estensum est quare ꝓpriũ dicatur esse dei nati / ꝙ filius est qꝛ scz ipse solus natus ꝓprie dicit. Unde hilarius in libro. iij. de trini. ait Dominus dicens clarifica filium tuum non solo nomine contestatus est se esse filiũ / sed et ꝓprietate / nos filij dei sumus. sz non talis hic filius hic enim verus et ꝓprius est filius origine / non adoptione. veritate / non nuncupatione natiuitate / non creatione.

Aug.

Hylarius.

Hylarius.

Qđ spiritussanctus proprie dicitur donuz dei. quia proprietate est donum. vt filiꝰ natiuitate ⁊ in vtroqꝫ modo dr̃ relatiue. ⁊ secundũ eandẽ relatõnez

Ita etiaz de spũsancto dicendũ est qui ꝓprie dr̃ donum dei. cum tamen ⁊ alia plura sunt dona

dei. Sed spūssanctus ita ꝓprietate immutabili ⁊ eterna donū est / sic filius ꝓ ꝑetate filius. Eo em̄ dicit donum quo spūssanctus ⁊ vtroq; vtiq; nomine / relatiue dicit. Eademq; relatione dicitur spūssanctus / ⁊ donum. licet ip̄a relatio nō ita appareat in hoc nomine spūssanctus / sicut in hoc nomine donuz. Unde augustinus in quinto libro de trinitate ait. Spūssanctus q̄ non est trinitas / sz in trinitate intelligitur / in eo q̄ ꝓp̄e dicit spūssanctus relatiue dicitur / cum ⁊ ad patrem / et ad filium refertur. quia spūssanctus ⁊ patris ⁊ filij ⁊ spiritussanctus est. Sed ipsa relatio non apparet ī hoc nomine. Apparet autem cum dicit donum dei. donum est enim patris ⁊ filij. quia ⁊ a patre procedit et a filio. ergo spiritussanctus ineffabilis quedam patris filijq; comnunio est. Et ideo fortasse sic appellatur. vt iaz diximus. nec iterare piget. qz patri et filio potest eadem appellatio ꝯuenire. Nam hoc ip̄e ꝓprie dicitur / qd̄ illi cōmuniter Quia etiā pater spūs / et filius spūs / ⁊ pater sanctus et filius sanctus. Ut ergo ex nomine qd̄ vtriq; ꝯuenit vtriusq; communio significetur / vocatur donum amborum spūssanctus Ecce habes quare spiritussanctus ꝓprie dicat donum / et q̄ relatiue dicit. siue donum. siue spūssanctus Et q̄ nomē sibi ꝓpriū tenet / qd̄ cōmuniter patri et filio ꝯuenit / sed diuisim. Et est sciendum qz cuz pater vel filius dicit spūs siue sanctus / neutruz relatiue dicitur. sed s̄m substantiam.

Aug.

Quid sit spiritussanctus.

An pater vel filiꝰ vel trinitas ipsa possit dici spūssanctus.

Hic queri potest vtrū pater vel filius / vel etiam ip̄a trinitas possit dici spūssanctus. sicut disiunctim dr̄ et spūs et sanctus. De hoc augustinus in quinto libro de trinitate sic ait Trinitas nullo modo potest dici filius / spūs vero sanctus. potest quidē vniuersaliter dici secundū id quod scriptum est. quoniam deus spūs est. Itaq; pater et filius et spūssanctus. quoniam vnus est deus / ⁊ vtiq; deus sanctus est. ⁊ deus spūs est. potest appellari trinitas et spūssanctus. Sed tn̄ tunc spiritussanctus relatiue non dicetur / sed secundum essentiam. quia ꝓprie spūssanctus qui non est trinitas. sz in trinitate dicitur relatiue.

Aug.

Quidam putant spiritumsanctum non dici relatiue ad p̄rez et filium. quia non vicissim respondent sibi respōdent vocabula sed falso.

Quidā tamē putant spūmsanctum vel donum non dici relatiue ad patrem / vel ad filium. Si enim inquiunt hec relatiue ad se dicuntur suis inuicē sibi respondent vocabul' vt sicut dicitur pater filij pater. et filiꝰ patris filius. ita dicat p̄r spūssancti vl' doni pater / ⁊ spūs. vel donū patris spiritus uel donū. sed non ita est in omnibus relatiuis Non enim omnia que relatiue dicunt suis ad se inuicem respōdent vocabulis. Unde augustinꝰ horū elidens opinionē in quinto libro de trinitate. Non moueat inquit. quoniam diximus spūmsanctū non ipsam trinitatem sed eum qui est in trinitate vel relatiue dici. licet non ei respōdeat vicissim Vocabulū eius ad quem refertur. Dicimus em̄ spūmsanctuz patris / sed non vicissim dicimꝰ p̄rem spūssancti ne filiꝰ eius intelligat spūssanctus. Item dicimus spūmsanctū filij / sed nō dicimꝰ filium spūssancti. ne pater eius intelligatur spiritussanctus. In multis enim relatiuis hoc contingit. vt nō inueniat vocabulum quo sibi vicissim respondeant. Cum enim dicimus donum patris et filij. non quidez possumus dicere patrem doni aut filium doni. Sed vt hec vicissim respondeant / dicimus donum donatoris et donatorez doni. quia hic potuit inueniri vsitatum vocabulum.

Aug.

illic non potuit. Donum ergo donatoris et donator doni. cũ dicimus relatiue/ vtrumq; ad inuicem dicimus. donator tñ nõ fuit de' nisi ex tempore cũ spiritussanctus fit donum etiã ab eterno.

An easdem proprietates assignent augustinus et hilarius. ⁊ an iste sint que dicũtur paternitas/ et filiatio/ et processio.

DI. XXVII

Hylarius.

Hic queri potest vtruz ꝓprietates quas hilarius sup̃ assignauit. s. q̃ pater semper est pater et filius semp̃ est filius/ sint ille eedem ꝓprietates quas augustinus superius distinxit dicẽs. Propriũ esse patris q̃ genuit filium. et ꝓprium filij q̃ genitus ẽ a patre. et spiritussancti q̃ ab vtroq; ꝓcedit. ac deinde vtrum et iste sint ille que dicũtur paternitas filiatio ꝓcessio

Quod non vidẽtur eedem proprietates quas proponit. hilarius et augustinus.

Hylarius. Aug.

Videtur quod non sint eedem ꝓprietates quas ponit hilarius. et ille quas ponit augustinus Si enim eedem sunt. idem est ergo patri esse patrem et genuisse filiuz/ quod vtiq; quidam concedunt. si aũt hoc est cui ergo cõuenit vt sit pater ei cõuenit genuisse filium. Natura ergo diuina si pater est genuit filium. Si vero nõ genuit pater non est. Sed quis audeat dicere. aut q̃ ipsa genuit filiũ/ aut q̃ ip̃a pater non sit. Si autem ipsa pater est/ nec filium genuit. Non est ergo idẽ dicere aliquid esse patrem/ et gignere filium. Et ita non videtur vna eademq; essa proprietas

Responsio vbi ostendit easdez esse proprietates.

Ad quod sine p̃iudicio aliorum dicimus q̃ easdem proprietates notauit vterq; licet diuersis v̄bis. Quod enim hilarius ait ita intelligi debet. Propriũ patris est q̃ semp̃ pater est. id est proprietas patris est q̃ semper pater est. semper vero pater ẽ. quia semper genuit filium. Ita et proprium filij est/ q̃ semper filius est. id est proprietas filij est qua semper filius est Filius vero semper est. quia semp̃ genitus est. ergo proprietas qua pater/ pater est. quia semper genuit. Et hec eadem dicitur paternitas vel generatio ⁊ ꝓprietas qua filius semper est filius. Et quia semper genitus est a patre. et hec eadem dicitur filiatio vel genitura vel natiuitas vel origo vel nascibilitas Sic et ꝓprietas qua spũssanctus ẽ spiritussunctus vel donum est. quia procedit ab vtroq;. et hec eadem dicitur ꝓcessio. In premissis ergo locutionibus eedem significate sunt ꝓprietates. ita et de alijs.

Quõ sint i telligenda p̃dicta verba hilarij.

Quod nõ est omnino idem dicere aliquid esse patrem/ et genuisse vel habere filium ita et de alijs.

Hec tamẽ videtur nobis omnino esse idez dicere aliq̃d esse filium/ esse patrem. et genuisse filium. vel aliquid esse filiũ/ et habere patrem. vel esse spiritumsanctum et procedere ab vtroq;. alioquin pater nõ esset nomen ypostasis. i. persone/ sed ꝓprietatis tantum. Similiter filius et spiritussanctus. et ita non per tria nomina significarentur tres persone. Id̃oq; dicimus quia patris nomen non tãtum relationem notat. sed etiam ypostasim. i. subsistentiam significat. ita et filius et spiritussanctus

Hec nomina. pater et filius et spiritussanctus non tantum relatões sed etiam ypostases significant.

Relationũ vero vocabula sũt/ paternitas/ filiatio/ processio/ nec/ personas significant.

Relationũ vero vocabula. s. paternitas/ filiatio/ processio vel gignere vel gigni ꝓcedere ipsas tm̃ relationes. nõ ypostases significant siue habere filiuz/ et habere patrem/ vt verbi gracia cũ dicimus deus est pater nomine patris/ et relationẽ notamus. et diuinam ypostasim significamus/ vt sit intelligẽcia talis. deus vel diuina essentia ẽ pater. i. ille qui genuit. s. ypostasis q̃ habet filiũ. Similiter deꝰ est filius. i. ypostasis genita vel habens patrem. Ita etiã deus est spũssanctus id ẽ ypostasis ꝓcedẽs ab vtroq; siue ille qui ꝓcedit. Cũ vero nomina relationũ ponimus in predicatis/ notiones ipsas tãtum significamus. non ypostases vt cũ dicitur deus ganuit. i. habet filiuz. et deus genitus est. i. habet patrem. Et tũc oportet intelligi in subiectis ypostases tm̃ non essentiã que illis proprietatibus determinantur.

Quid ĩtelligatur cum dicit̃ scz deus ẽ pater et deus est filius et deus est spũssãctus

Quid intelligatur cum d̃r deus genuit ⁊ deꝰ genitus ẽ

Quod propritates determinãt ypostases non substãtiã idem naturam.

Ille eniz proprietates singule singulis ꝓprie conueniunt persouis ⁊ ꝑ eas ꝑsone determinãtur/ et a se inuicem differũt. sed a se nõ secedũt. Unde iohãnes damascenꝰ ait Nõ differũt ab inuicem ypostases secũdum substãciam. sed secundum caracteristica ydiomata. i. determinatiuas ꝓprietates. Caracteristica vero. i. determinatiua sunt ypostaseon et nõ nature etenim ypostases determinãt. Item esse quidẽ intemporaliter et eternaliter dicimus diuinã verbi ypostasim simplicem omnia habentem que habet pater vt eius homousiõ. id est cõsubstantialẽ natiuitatis modo et habitudine a paternali ypostasi differentẽ. nũquaz vero a paternali ypostasi secedẽtẽ. Idem apertius exprimẽs ꝑsonales proprietates in eodẽ ait. differẽtiam ypostaseõ. id est ꝑsonarũ in tribus ꝓprietatibus. id est paternali et filiali et ꝓcessibili recognoscimus. Insecessibiles aũt ipas ypostases et indistabiles inuicez/ et vnitas quidẽ inconfusibiliter. Tres enim sunt et si vnite/ diuisas aũt indistãter. Eteni singula ꝑfecta est ypostasis et ꝓpriam ꝓprietatem. s. existẽtie modum ꝓprium possidet/ sed vnite sunt substãtia/ et non distant neq; secadũt a paternali ypostasi. Ecce hic habes distictas tres illas ꝓprietates q̃ supra diuersis significate sunt modis vel nominibus.

Jo. damasce

Hic distiguũtur proprietates aperte.

Quod sunt alia nomĩa ꝑsonarum easdem propritates notãtia. s. genitus/ genitor/ verbũ ymago.

Hic nõ ẽ preter mittendũ ꝙ sicut pater et filius et spiritussanctꝰ nomĩa ꝑsonaꝝ sunt et ꝓprietates ꝑsonales designãt. ita etiã sunt et alia nomĩa ꝑsonaꝝ. id est q̃ ipas personas significãt et eaꝝ ꝓprietates d̃notãt. et easdẽ quas et nomĩa ꝑdicta Uñ et relatiue dicũtur scz genitor genitus/ verbum/ imago. Unde Augustinus in quinto libro de trinitate ait. Uidẽduz est inquit hoc significari cũ d̃r genitus/ qd̃ significatur cum dicit̃ filius. Ideo enim filius quia genitus. et quia filius vtiq; genitus. Sicut autẽ filius ad patrem sic genitus ad genitorẽ refert̃. et sicut pater ad filiũ. ita genitor ad genitum. Idem in sexto libro de trinitate Uerbũ quidẽ solus filius accipit̃ non simul pater et filius tãq̃ ãbo sint vnum verbum.

Aug.

De nomĩe verbi et imaginis.

Sic enim verbũ dicitur quomodo imago. non autem pater et filius simul ãbo imago sed filius solus est imago patris/ quemadmoduz

et filij. Idem in. vij. libro de trinitate Verbum secundum q sapientia est et essentia. hoc ē q pater secundū q verbum / non hoc est qd pater. quia verbū non est pater. et verbum relative dicit sicut filius. Item in eodem.

¶Quod non eo verbum dicitur quo sapientia.

Sicut filij ad patrem

refertur ita et verbum ad eum cuius est verbum refertur. cū dicitur verbum. Et ꝓpterea non eo verbum quo sapientia dī. quia verbum non ad se dicitur / sz tantum relative dicitur ad eū cuius est verbum. sicut filius ad pr̄em. eo quippe filius quo verbum. ⁊ ideo eo verbum quo filius. Sapiētia vero quo essentia. Et ideo q̄a pater et filius vna essentia et vna sapientia. Item in eodē Non est pater ipse verbum / sicut nec filius nec imago. Quid autez absurdius q̄z imaginez ad se dici. Idem in quinto dicit relative filius / relative etiam dicitur vbum ⁊ imago. ⁊ in omnibus his vocabulis ad patrem refertur. Nichil autem hoz pater dicitur.

¶Quo eo dicit vbum quo filius.

¶Breuiter summā colligit intelligentie predictoz.

Aperte ostensuz

est q sicut filius vel genitus relative dicitur ad patrem. ita verbum et imago Et q eo dicitur verbuz siue imago quo filius. i. eadem ꝓprietate siue notione dicitur verbum et imago qua filius / sz non eo quo verbū dicitur sapientia vel essentia. quia non notione qua dicitur verbum / dicitur sapientia. Nam sapientia dicitur secundum essentiam. sed non secundum relationem.

¶Generalis regula eozum que ad se et eozum que relative dicuntur. quidquid enim ad se simul ambo dicuntur. sed non ita in predictis relatiuis.

Et hic est aduer

tenda quedā generalis regula eoz que ad se et eozū que relative dicunt de patre et filio. Quidq̄d em̄ ad se dicuntur vt ait augustinus in sexto libro de trinitate. Non dī alter sine altero. i. q̄d quid dicunt quod substantiā eoz ostendat. et ambo simul dicuntur. ergo nec pater est deus sine filio. nec filius sine patre. sz ambo simul deus. sed non ambo simul pater. non ambo simul filius / vel verbum vel imago. ¶Aug.

¶An scōm substantiam dicatur de deo ⁊ huiusmodi.

Hic queritur cū

dicitur deus de deo / lumen de lumine et huiusmodi vtrum dicantur secundū substantiam. Nam secundum relationem constat ista non dici. Si vero secūdum substantiam dicuntur simul ambo scz pater et filius / possunt dici deus de deo. lumen de lumine secunduz predictam regulam.

¶Responsio vbi nomina substātie dicuntur aliquādo poni ꝓ personis.

Ad quod dicim

quia licet deus secundum substantiam dicatur et lumen et sapientia et huiusmodi et nunquam relative accipiantur aliquando tamen pro relatiuis. i. pro personis / sz non relative accipiunt. vt cum dicitur deus genuit deum. alterū pro patre / alterum pro filio. ponimus Similiter cum dicitur deus de deo / lumen de lumine In alijs quoqz locutōnibus sepe reperiuntur nomina essentie ad significatōnez personaz deducta. vt cuz dicitur deus natus. deus mortuus

deus passus / vbi filius tantum signifi/
catur. Ita et de solo filio intelligitur
cum dicitur deus de deo et huiusmodi
Aug. Unde augustinus querens quo huius
modi dicant in septimo libro de trini
tate ait. Quomodo deus de deo / lumē
de lumine dicit. Nō enim simul ambo
deus de deo. sed solus filius de deo sci
licet patre. Nec ambo simul lumen de
lumine. sed solus filius de lumine pre

Qd tantum secunduz nomen substātie dr̄ illud de illo / nō se/cundū noia personaꝝ.

Et est sciendum

q secundum nomina substantie tantuz
dicit illud de illo. licet ibi illa nomina
substantiam non significent. Secundū
vero eadem nomina personaꝝ / nunq̄m
dicitur illud de illo / sicut verbū de ver
bo / vel filius de filio. quia huiusmodi
nomina diuersis personis ꝯuenire non
Aug. possunt. Quod aug⁹. licet obscure i eo
dem libro ita dicit. hoc soluz de eis di
ci non potest. illud de illo qd simul am/
bo non sunt. i. illo solo noīe non possu
mus vti ad ostendendum vnum de vno
quod simul ambobus non ꝯuenit / sicut
verbum de verbo. Dici non potest / q̄a
non simul ambo verbum. nec imago de
imagine. nec filius de filio. quia non si
mul ambo filius vl' imago. Et sicut no
mina substantie aliquando intelligen/
tiam ꝑsonaruz distincte faciunt. ita eti
am interdum tocius trinitatis simul.
Aug. Unde augustinus in eodem libro ait.
In patris nomine ipse pater per se ꝓ/
nunciat. In dei vero nomine et ip̄e pa
ter et filius et spiritussanctus. vt cum
dicitur. Nemo bonus nisi solus deus.
quia trinitas est vnus deus.

Qd non tantū tres predicte ꝓprietates sunt in ꝑsonis sz etiā alie que alijs significantur nominibus vt ingenitus.

Preterea ꝯ DI. XXVIII
siderari oportet. q nō tā
tum tres predicte ꝓprie/
tates siue notiones in per
sonis sunt. veꝝ etiam alie que alijs no/
tantur nominibus. Nam etiam hoc no
men ingenitus relatiue dicitur de pre
tm̄ / et aliam designat notionem q̄ pa/
ter vel genitor. Non est em̄ idem esse
patrem / et esse ingenitum. i. non ea no
tione pater dicitur qua ingenitus Pa
ter em̄ vt predictum est dicitur secundū
ꝓprietatem generationis. Ingenitus
autem secundum ꝓprietatem innascibi
litatis. Differt ergo pater a filio auto/
ritate generationis. differt etiam pro/
prietatē innascibilitatis. i. quia ingeni
tus. Unde aug⁹. distinguens inter pro Aug.
prietatē qua pater dicitur / et illaz qua
dicit ingenitus in quinto libro de trini
tate sic ait. Non est hoc dicere ingeni/
tum quod est patrē dicere. quia et si fi/
lium non genuisset / nichil ꝓhiberet di/
cere eum ingenitum. ⁊ si gignat quisq̄
filium / non ex eo ipse est ingenitus. qꝛ
geniti homines gignunt alios. Non er
go ideo dicitur pater / quia ingenitus
Ideoq̄ cum de deo patre vtrūq̄ dica/
tur alia notio est qua intelligitur geni/
tor. alia qua ingenitus. genitor em̄ di
citur ad genitum. i. filium. Cum vero
ingenitus dicit / non quid sit / sed quid
non sit ostenditur. hoc exemplis planū
faciendum est.

De ingenito plana assignatio scz qd relatiue dicitur ⁊ alia ē notio q̄ dicit ingenitus Alia qua pater.

Exemplis vtitur ad hoc osten/dendum.

Quod dicitur i
genitus. hic ostenditur q non sit filius
sed genitus et ingenitus commode di/
cuntur / filius autem latine dicit. Sed
vt dicatur infilius non admittit loquen
di ꝯsuetudo nichil tamen intellectui de
mitur. si dicatur non filius. quē admo/
dum etiam si dicatur non genitus. pro
eo quod dicitur ingenitus / nichil aliud

dicitur. Ideo non est in rebus considerandum quid vel sinat vel non sinat dici vsus sermonis nostri. Sed quid rez ipsarum intellectus eluceat. Non ergo iam tm̃ dicamus ingenitum/ sed etiam non genitum. quod tm̃ valet. Nunqd ergo aliud dicimus q̃z non filium. Negatiua porro particula non id efficit vt q̃ sine illa relatiue dicit̃. eadem prepo sita substantialiter dicatur. sed id tantum negatur quod sine illa aiebatur sicut in alijs p̃dicamentis. cum dicimus homo est. substantiã designamus. Qui ergo dicit non homo est/ non aliud genus predicamenti enunciat/ sed tantuz illud negat. Sicut ergo secundum substantiam aio homo est. Sic secundum substantiam nego cum dico non homo est. At si tantum valet quod dicit̃ genitus. quantum valet quod dicit̃ filius. Tantundem ergo valet q̃ dicitur non genitus. quantum valet q̃ dicit̃ non filius. Relatiue autem negamus dicendo non filius. Relatiue autem negam̃ dicendo. non genitus. Ingenitus porro quid est nisi non genitus. Non ergo receditur a relatiuo predicamento cuz ingenitus dicitur. Sicut enim genitus non ad se dicitur/ sed q̃ ex genitore sit Ita cum dicitur ingenitus/ non ad se dicitur. sed q̃ ex genitore non sit ostenditur. Utrunqz tamen relatiue dicitur. Quod autem relatiue pnunciatur/ nõ indicat substantiaz. Quamuis ergo diuersum sit genitus et ingenitus/ tamen non indicat diuersam substantiam. q̃a sicut filius ad patrem. et non filius ad non patrem refertur. ita genitus ad genitorem. et non genitus ad non genitorem referatur necesse est. Ecce euidenter ostendit q̃ ingenitus relatiue dicit̃ et de solo patre accipitur. aliaqz notio est qua dicitur ingenitus. alia qua pat̃ Atqz tantum valet cum dicitur ingenitus/ quantũ non genitus. vel nõ filius

Nõ tm̃ valet nõ genit' quãtuz ingenitus et tm̃dem nõ filius.

An sicut solus pater dicitur ingenitus. dici debeat non genitus vel non filius.

Ideo solet queri vtrum sicut solus pater dicitur ingenitus. ita ipse solus debeat dici non genitus/ vel non filius. vt nec etiã spiritussanctus possit dici non filius vel non genitus.

Opinio quorundam.

Quibusdam videtur q̃ pater solus debeat dici nõ genitus/ vel non filius. spiritus vero sanctus sicut non dicitur ingenitus. ita inquiunt nõ est dicendus non genitus vel non filius. debet quidem dici et credi spiritussanctus non esse genitus. vel nõ esse filius. sed non debet dici esse nõ genitus/ vel non filius.

Aliorum opinio.

Alijs autez videtur/ q̃ cum spiritussanctus nõ possit dici ingenitus/ potest tamen dici nõ genitus vel non filius. Nõ autem augustin' supra ait. tantuz valere cum dicitur ingenitus/ quantum cum dicitur non genitus/ vel non filius/ ethimologiam nominis ostendendo eũ hoc dixisse dicunt non ratione p̃dicationis.

Aug.

Que sit pprietas secũduz quã dicitur pater ingenitus.

Bi autez vis scire que sit pprietas/ secundum quam dicitur pater ingenitus. audi hilarium ipsam vocantam innascibilitatem. in. iiij libro de trinitate ita aientem. Est vn' ab vno scz ab ingenito genitus pprietate videlicet in vnoquoqz et originis et inascibilitatis Significata ergo in scripturis psonarum intelligentia z distinctio innascibilitatis natiuitatisqz sensu solitari' deus nõ ẽ opinãdus. Discretõ

Hylarius.

ergo vel distinctio personarum in scripturis posita est in nullo autem nature distinctio.

Arriani nitebantur probare alalterius substantie patrem. alterius filium quia ille ingenitus ille genit⁹. quibus respondens ambrosius dixit se hoc nomen in scripturis non legisse diuinis.

Illud etiaz taceri non oportet / q arriani ex eo probare nitebantur / alterius substantie esse patrem. alterius filium. qz ille ingenitus et iste genitus dicitur cum diuersum sit esse ingenitum. et esse genitum. Unde ambrosius eorũ questioni respõdens dicit se in diuinis scripturis hoc nomen scz ingenitus non legisse. ita inquiens in quarto libro de spiritusancto Cum dudum audierint quidam dicentibus nobis filium dei qui generatus ẽ patri qui generauit / inequalem esse nõ posse. quãuis ille generatus sit. iste generauit. quia generatio est nature. aduersus quidem illam questionem vocẽ sibi arbitrant acclusaz. sed in tergiuersatione dammabili in eodem loco vestigium vertunt vt putent mutationez fieri questionis / mutatione sermonis dicẽtes. qũo possunt esse ingenitus ⁊ genitus vnius nature atqz substantie? ergo vt respondeant michi ꝓposite questioni primo omnium in diuinis scripturis / ingenitus nusq̃z inuenio / non legi non audiui. Cuius ergo mutabilitatis sunt homines huiusmodi. vt nos dicãt ea vsurpare que non sunt scripta. cum ea que sunt scripta. dicamus ⁊ ipsi obijciant quod scriptum non sit. Nonne ipsi sibi aduersantur. et autoritatem calumnei sue derogãt. Attẽde lector qm̃ hoc nomine ingenitus nolebat vti ambrosius propter hereticos. Ita et nos subticere. quedam oportet / ꝓpter calumniantiuz insidias que catholicis ac pijs lectorib⁹ secure credi possunt Sũt etenim quedam que non tante sunt religionis et autoritatis vt eis nos oporteat semper confitendo ac recipiendo ĩ seruire. verum silentio p̃teriri queunt. Alioquin nec illius tñ sunt peruersitatis quin cuz oportunum fuerit eis vti liberum habeamus.

Amb.

An diuersum sit esse patrem ⁊ esse filium.

Preterea queri solet cum supra dictum sit / quia aliud est dicere ingenitum. aliud patrez. Et q diuersum sit genitus et ingenitus. vtrũ similiter diuersum sit esse patrem et esse filium. an idem.

Responsio vbi dicit esse diuersuz esse patrẽ / ⁊ esse filiũ / sz nõ patrem esse ⁊ filiũ esse.

Ad quod dicim⁹ quia ex eodem sensu quo dicitur diuersum genitus et ingenitus. et quo dicit̃ non esse idem dicere genitum et ingenitum. Potest dici non esse idem / sz diuersum esse patrem et esse filiuz / vel esse spiritumsanctum. qz non ea notione pater est pater qua filius est filius. vel qua spiritussanctus est spiritussanctus. Jedeoqz ex hoc sensu ꝯcedimus / q aliud est esse patrem / et aliud est esse filium. quia alia notio est qua pater est. alia qua filius est filius. Sed si transponas vt dicas aliud est patrem esse. aliud filium esse / variatur intelligentia et ideo non cõceditur. Est enim sensus talis ac si dicatur. aliud est quo pater ẽ non quidempater / sed est aliud quo filius est. non quidem filius. sed est qd̃ penitus falsum est. Eo em̃ pater ẽ quo pater deus est. i. per essentiam vel naturam. Ac filius eo deus est quo pater est de⁹. Eo ergo filius est quo pater est Et ita idem est patrem esse / et filiũ esse

sed non est idem esse patrem et esse filium. Unde augustinus in quinto libro de trinitate ait. Quãuis diuersum sit esse patrem et esse filiũ / non est tamen diuersa substantia. quia non hoc secundum substantiam dicitur / sed secundũ relatiuum quod tamen relatiuum non est accidens / quia non est mutabile. Ecce diuersum esse. d. esse patrem et esse filiũ / qd iuxta rationem predictam accipi oportet. quia scilicet alia nocio est qua est pater. alia qua est filius. Non enim secundũ essentiam pater dicit pater. vel filius filius. sed secundum relacionem.

Augustinus.

Quomodo dicatur sapiẽtia genita vel nata / an secundũ relacionem an secũdum substantiã.

Sciendum quoq; est / q; sicut solus filius dicitur verbũ vel imago. ita eciam ipe solus dicitur sapientia nata vel genita. Et ideo queritur vtrum hoc relatiue dicatur. et si relatiue dicitur. an secũdum eandez relationem qua dicitur verbum et imago De hoc. Augustinus in septimo libro de trinitate ita ait. Id dici accipiam' cũ dicit verbuz. ac si dicat nata sapiencia vt sit filius et imago Et hec duo cũ dicuntur. i. nata sapientia in vno eorũ eo q; est nata et verbum ⁊ imago et filius intelligatur / Et in his omnibus nominibus nõ ostendatur essẽtia / quia relatiue dicuntur. At in altero quod ẽ sapientia etiam essentia demõstret quoniam et ad se dicitur. seipa enim sapiẽs est. Et hoc ẽ eius esse quod sapere Unde pater et filius simul vna sapientia / quia vna essentia.

Aug.

Qualiter intelligenda sint premissa verba.

Caue lector quaeliter hoc intelligas quod hic dicit augustinus. Uidet enim dicere / q; cũ dicit nata sapientia ibi sapiẽtia essentiã significet / et nata relationẽ notet. Quod si ita est cogimur dicere essentiam diuinam esse natam quod superioribus repugnat. Sed ad hoc dicimus q; in altero. id est in eo q; nata est eadem notio intelligatur / que notatur cuz dicit verbum et imago. In altero vero. s. sapientia demonstrat essentia. id est demõstratur q; filius sit essentia. quia sapiencia secũdum essentiam dicit. Et ideo cum dicitur nata sapientia intelligat q; ipe qui natus est essentia est. ibi tm̃ sapientia non pro essentia / sed p ypostasi facit / vt sicut quando dicit verbuz vel filius / intelligitur ypostasis cum sua p prietate. Ita cũ dicitur nata sapientia idem intelligitur. i. genita ypostasis. Ideo vigilanter ait idem esse intelligẽdum cuz dicit verbũ. Et cũ dicit nata sapientia. id est eadez relatio eademq; ypostasis cui inest illa p prietas. Et ex hoc adiuuatur illud quod superius diximus scz q; cũ dicitur pater vel filiꝰ vel spiritussanctus. non tm̃ ille p prietates significãtur. vt cum dicitur paternitas filiatio / sed etiã ypostases cum suis p prietatibus.

Quomodo dicatur sapiencia genita vel nata an secunduz relationẽ an secundum substantiam.

Quod imago aliquando dicitur secundum essentiam

Illud etiaz scirí oportet quia cum supra dictum sit imaginem relatiue dici de filio sicut verbũ vel filius interdum tamẽ reperit secuudum substãtiam dici. Unde Augustin' in libro de fide ad petrũ dicit. q; vna ẽ sancte trinitatis essentialiter diuinitas et imago / ad quam factus est homo Hilarius etiam in quinto libro de trinitate sic ait. Homo fit ad communem imaginem. Nomen non discrepat / naturaz non differt. Una est enim ad quam homo creatus est species. Ex his verbis ostenditur q; imago aliquando essencie intelligentiam facit. et tunc ad se dicit

Aug.

Hylarius.

et non relatiue.

De principio quod relatiue dicitur et multipliciter notat relationem.

DI+ XXIX+

Aug. Quo pat' pn/cipium toius diuinitatis dicitur.

Qbt prete rea aliud nomen multiplicem notãs relationẽ scz principiuz. Dicitur enim principium semper ad aliquid / et dz pater principiũ et filius principium et spiritussanctus principium / sed differenter. Nam pater dicitur principiũ ad filium et ad spiritumsanctũ. Unde Augustinus in quarto libro de trinitate ait. Pater est principium tocius diuinitatis / vel si melius dicit deitatis / quia ipe est a nullo. Non enim habet ꝺ quo sit / vel de quo ꝓcedat sed ab eo et filius est genitus / et spiritussanctus ꝓcedit. Non ergo dicitur principiuz tocius deitatis quod vel sui vel diuine essentie principium sit / sed quia principium est filij et spũssancti / in quibus singulis tota diuinitas est filius ad. s. s

Quomodo filius et ad quid dicatur principiũ et spiritussanctus et etiam trinitas.

Spiritus vero sanctus non dicitur principium nisi ad creaturas ad quas pater etiã dicit pn cipium et filius / et trinitas ipa simul. et singula personarum principium dicitur creaturarum. Pater ergo principium est sine principio. Filius principiũ de principio. spiritussanctus principiũ de vtroqz id est de patre et filio.

Quod ab eterno pater est principium et filius. sed spũssanctus nõ / imo cepit esse principium.

Et pater ab eterno principium est filij / et pater et filius principium spiritussancti. quia filius ẽ a patre. et spiritussanctus ab vtroque. Spiritus vero sanctus non ab eterno principium est / sed esse cepit. quia non dicitur principiũ nisi ad creaturas. Cũ ergo creature esse ceperunt / et spiritus sanctus esse cepit principium earũ. ita etiam pater et filius esse cepit. Cũ spiritusancto vnum principium creaturaꝝ quia creature esse ceperũt a patre et filio et spiritusancto. et dicuntur hij tres non tria / sed vnum principium omniuz creaturaꝝ. quia vno eodẽqz modo pn/cipium rerũ sunt. Non enim aliter sũt res a patre / et aliter a filio. sed penit' eodẽ modo. Ideo apostolus intelligẽs hanc trinitatẽ esse vnum principiuz rerum ait. ex ipso / per ipm et in ipso sũt omnia.

Quomodo hij tres sunt creature principium.

Quomodo accipiendũ sit omnia esse ex deo.

Cum vero audiuimus omnia esse a deo vt ait augustinus de natura boni. omnes vtiqz naturas intelligere debemus et omnia q̃ naturalia sunt. Non enim ex ipo sũt peccata que naturam non seruant sed vicient / que ex voluntate peccantium nascuntur.

Aug.

Quod pater ab eterno est principiũ filij ⁊. pater et filius spiritussancti.

Omnium ergo q̃ naturaliter sunt vnum principium est pater cum filio et spiritusancto. et hoc esse cepit. ab eterno aũt pater principium est filij generatione. et pater ⁊ filius vnum principiũ spiritussancti Unde Augustinus in quinto libro de trinitate ita ait. Dicitur relatiue pater / idez qz relatiue dicitur principiũ. Sed pater ad filium dicitur principium vero

Aug.

ad omnia / que ab ipso sunt. et princi/ pium dicitur filius. Cum em̃ diceretur ei tu quis es? responderet principium qui et loquor vobis. Sed nunquit pa/ tris principium? immo creatorẽ. se vo luit ostendere cum se dixit esse princi/ pium / sicut et pater principium ẽ crea/ ture quia ab ipso sunt omnia.

Hic adiungit de spũsancto q̃ ipse principiũ sit.

Cum vero dici

mus et patrem principium / et filiũ p̃n/ cipium non duo principia creature di/ cimus quia pater ⁊ filius simul ad crea turam vnum principium est. sicut vnus creator. Si autem quidquid in se ma/ net et gignit vel operatur aliquid prin cipium est eius rei quam gignit vel eiꝰ quã operatur non possumus negare eti am spiritumsanctũ recte dici principiũ quia non eum separamus ab appellatio/ ne creatoris. quia scriptuz est de illo q̃ operetur / et vtiq̃ in se manens opera/ tur Non em̃ in aliquid eorum que ope ratur / ipse mutatur et vertitur. Unuz ergo principium ad creaturam cum pa tre ⁊ filio ẽ spiritussanctus non duo vel tria principia. Ecce aperte ostendit au gustinus patrẽ et filium et spiritumsan ctum esse vnum principium rerum crea tarum. i. vno eodemq̃ modo esse princi pium. et illum modum satis aperuit qz scz operantur omnia. et quia similiter operantur hij tres. ideo vnum principi um esse dicuntur.

Hic ostẽdit q̃uo pater sit prin cipium filij / ⁊ ipse ⁊ filiꝰ prin/ cipium spũssancti.

Deinde in eodẽ

libro continue ostendit quomodo pater dicatur principium ad filium / et ad spi ritumsanctum ipse ⁊ filius dicens. ideo esse patrem principiũ filij / quia genuit eum. et patrem et filium esse principiũ spiritussancti. quia spiritussanctus pro cedit vel datur ab vtroq̃. Ait enim ita Si gignens ad id quod gignit princi/ pium est pater ad filium principium est quia genuit eum. Utrum autem et ad spiritumsanctum principiũ sit pater qz dictum est de patre ꝓcedit / non parua questio est. Quod si ita est non iam prin cipium ei tantum erit rei quam gignit vel facit. sed et ei quam dat / ⁊ que pro cedit ab ipso. Si ergo quod datur vel qd̃ procedit principiũ habet a quo da tur vel ꝓcedit. Fatendum est patrem vel filium vnum principium esse spiri/ tussancti. non duo principia. sed sicut pater et filius ad creaturã relatiue vnꝰ creator et vnus dominus dicitur. sic re latiue ad spũmsanctum vnum principi um. Ad creaturam vero pater et filius et spiritussanctus vnum p̃ncipium sicut vnus creator et vnus dominꝰ. Ecce ha bes q̃ pater principium filij dicitur / qz genuit euz. Qua ergo notione est pater ea principium filij dicitur. i. generatio ne secunduz quam etiam dicitur auctor filij. Unde hilarius in quarto libro de trinitate ita ait. Ipso quo pater dicit eius quem genuit auctor ostenditur. id nomen habens. quod neq̃ ex alio pro/ fectum intelligatur. et ex quo is qui ge nitus est substitisse doceatur. Nouit ec clesia vnum innascibilem deum. Nouit vnigenitum dei filium. ꝓfitetur patrez ab origine liberuz. confitetur et filij ori ginem ab inicio non ipsum ab initio / sz ab initiabili nõ per se ipsum / sed ab eo qui a nemine est natum ab eterno / nati uitatem scz ex paterna eternitate sumẽ tem. Edita est hic fidei ꝓfessio. sz pro fessionis ratio nondum exposita est. et ideo querenda est scz quomodo intelli/ gendum sit q̃ ait filij originem esse ab initio / et non ipsum esse ab initio. sed ab initiabili. hoc vtiq̃ subdẽs determi nauit quomodo acceperit. initium inq̃ ens originem filij esse ab initio. Ac si di ceret. Non ita intelligas originem filij esse ab initõ quasi ipse filius habeat ini

Ex hijs colli/ gitur quod pat eo est p̃ncipiũ filij quo p̃ris generatõne et eodez etiam auctor filij.

Hylarius.

Nõ q̃ dicit fi liuz nõ esse ab inicio ꝗ ab in iciabili.

tium / sed quia ipse est ab initiabili. i. a patre a quo sunt omnia. Nam licet filius sit principium de principio / nõ est tamen ꝓcedendum q̃ filius habeat p̃ncipium. cumq̃ filius sit principium de principio. et pater principium non de principio. Non est principium de principio. principium sine principio. sicut filius non est pater / neq̃ tñ duo principia / sed vnũ / sic̃ pater et filius nõ duo creatores. sed vnus creator.

Cum pater ⁊ filius sint vnum principiũ spũssancti / queritur an eadem notione.

Vnum autem

principiuz sunt / pater et filius / non tãtum creaturarum vt dictum est supra / sed etiam spiritussancti. Ideo queri solet vtrum eadem notione pater sit principium spiritussancti et filius. an sit alia notio qua pater dicatur principiuz spiritussancti / et alia qua filius.

Responsio.

Ad quod dicim̃

cum pater dicatur principium spiritussancti et filius. qz spiritussanctus procedit vel datur ab vtroq̃. nec aliter procedit vel datur a patre q̃ a filio. Sane intelligi potest patrem et filium eadem relatione vel notione principiũ dici spiritussancti.

Queritur que sit notio qua pater et filius dicitur principiuz spiritussancti

Si vero querit̃

que sit illa notio quam ibi notat principium / nomen eius non habemus. sed non est ipsa paternitas vel filiatio / immo notio quedam que patris est et filij quia ab eterno pater et filius vnum p̃ncipium est spiritussancti. Donator aũt vt predictum est dicitur pater vl filius ex tempore / sicut spiritussanctus datũ vel donatum.

De his que tẽporaliter de deo dicuntur. et relatiue secundũ accidens quod nõ deo sed creaturis accidit.

Sunt enim

quedam que ex tempore de deo dicuntur / eiq̃ tẽporaliter ꝓueniunt sine sui mutatione. et relatiue dicuntur secundum accidẽs nõ quod accidit deo. sed quod accidit creaturis. vt creator dominus. refugium datum vel donatum et huiusmodi De his augustinus in quinto libro de trinitate ait. Creator relatiue dicitur ad creaturam sicut dominus ad seruũ. Item non moueat q̃ spũssanctus cũ sit coeternus patri et filio. dicitur tamen aliquid ex tempore / veluti hoc ipsum quod donatum diximus. Nam sempiterne spiritus est donum. temporaliter autem donatum. Et si dominus nõ dicitur nisi cum habere incipit seruũ. etiam ista appellatio relatiua ex tempore est deo. Non enim sempiterna creatura ẽ cuius ille dominus est. ergo dominum esse non sempiternũ habet. ne cogamur etiam creaturam sempiternaz dicere. Quia ille sempiterne non dominaret. nisi etiam ista sempiterne famularetur. Sicut autez non potest esse seruus qui non habet dominum sic nec dominus q̃ non habet seruum.

CI. CXXX.

Aug.

Oppositio q̃ non ex tpe sit dominus quia est dñs tporis / qõ non est ex tempore.

Sed hic aliquis

dicet / q̃ non ex tempore competit deo hec appellatio qua dicitur dominus. quia non est tantum dominus rerum q̃

ex tempore ceperunt. sed etiam illius rei que non cepit ex tempore. i. ipsius temporis quod non cepit in tempore. quia non erat ante tempus q̃ inciperet Et ideo non cepit esse dñs ex tempe.

Responsio.

Ad quod dici potest. quia licet non ceperit ex tempore esse dominus temporis. cepit tamen esse dominus temporis. quia non semper fuit tempus / et ipsius hominis ex tẽmpore cepit esse dominus. De hoc aug̃. in eodem libro continue ita ait. Quisquis extiterit qui eternum deum soluz dicat. tempora vero nõ esse eterna ꝓpter varietatem ⁊ mutabilitatem. sed tamen tempora non in tempore esse cepisse. quia non erat tempus antequam tẽpora inciperent. et ideo non in tempore acciderit deo vt dominus esset. q̃a ipsorum temporꝝ dominus erat / que vtiq̃ nõ in tempore esse ceperunt. quid respondebit de homine qui in tempore factus est. cui⁹ vtiq̃ dominus nõ erat añ quam esset? Certe vt dominus hominis esset ex tempore accidit deo. et vt omnis amoueatur cõtrauersia certe vt tuus dominus esset vel meus qui modo esse cepimus (ex tempore habuit)

Aug̃.

Qũo intelligendum sit nichil dici de deo secundũ accidens ⁊ que sunt accidẽtia relatiua.

Quomodo ergo obtinebimus nichil secundum accidẽs dici deum. nisi quia ipsius nature nihil accidit quo mutetur vt ea sint accidentia relatiua que cõmutatione aliqua rerum de quibus dicuntur accidunt sicut amicus relatiue dicitur Non enim amicus esse incipit nisi cum amare ceperit. Fit ergo aliqua mutatio voluntatis vt amicus dicatur Nũmus vero cum dicitur precium relatiue dicitur. nec tamẽ mutatus est cum esse ceperit precium. nec cũ dicitur / pignus et huiusmodi.

Qñ temp⁹ cepit deus cepit esse dñs. nec ante tempus fuit dñs. sz cũ tpe. nõ ex tẽpore vel in tẽpore. qꝛ non ante fuit quã ipe dñs sed simul.

Per similitudinẽ ostendit q̃ potest deus dici quod ante non dicebatur sine sui mutatiõe vt nũmus dicitur precium.

Si ergo nũmus potest nulla sui mutatione tociens dici relatiue vt neq̃ cũ incipit dici. neq̃ cũ desinit aliquid in ei⁹ natura vel forma qua nũmus est mutationis fiat. quanto facilius de illa incommutabili dei substantia debemus accipere / q̃ ita dicat̃ relatiue aliquid ad creaturam. vt quãuis temporaliter incipiat dici. non tamẽ ipsi substantie dei accidisse aliquid intelligatur sed illi creature ad quã dr̃

Quod deus dicitur refugium relatiue et ex tempore sine sui mutatione.

Qualiter etiam refugium nostrum dicitur. Refugium em̃ nostꝝ dicitur deus relatiue. ad nos enim refertur. et tunc refugium nostrũ fit cum ad eum refugimus. Nunquid tunc fit aliquid in eius natura / qđ antequam refugeremus ad eum non erat. In nobis ergo fit aliqua mutatio q̃ ad eum refugiendo efficimur meliores In illo autem nulla. Sic et pater noster esse incipit / cum per eius gratiam regeneramur. qui dedit nobis potestatem filios dei fieri. Substantia ergo nostra mutatur in melius cum filiij eius efficimur. Similiter et ille pater noster esse cepit. sed nulla sue cõmutatione substantie. Qđ ergo temporaliter dici incipit deus. quod antea non dicebatur / manifestum est relatiue dici. non tamẽ secundum accidens dei q̃ aliquid ei acciderit / sed plane secundum accidens eius. ad quod dici aliquid deus incipit relatiue.

Qđ pater dicit̃ relatiue.

Summatim predictor intelligentiam perstringit

Ex his apte ostē ditur q̃ quedam de deo temporaliter dicūtur relative ad creaturas sine mutatione deitatis / sed non sine mutatione creature. et ita accidens est in creatura non in creatore. et appellatio qua creatura dicitur relative ad creatorem relativa est. et relationem notat que ē in ipsa creatura. Appellatio vero illa q̃ creator relative dicit ad creaturas. relative quidem est. sed nullā notat relationem que sit in creatore.

Hic solvitur questio qua querebatur vtrus spiritussanctus dicatur datū relative ad se cus ipse det se.

Hic potest solui questio superius ꝓposita vbi querebatur cum spiritussanctus datum dicatur vel donatum. Qd autem datus referr̃ ad eus qui dat et ad illum cui datur ⁊ spiritussanctus det seipsum / vtrum ad seipsum relative dicatur cum dicitur dari vel donari.

Solutio.

Cui questioni respondentes dicimus. spiritumsanctum dici datum vel donatum relative et ad dantem et ad illum cui datur. Pans autem siue donator est pater cum filio et spiritusancto. Nec tamen dicimus spiritumsanctum referri ad se. Sed appellatio dati vel donati refertur ad dantē et ad recipientem. quia non potest aliquid dici datum nisi ab aliquo ⁊ alicui detur. Cum autem spiritussanctus dari a se vel datus a se dicitur / relative q̃dem dicitur ad illum cui datur. et ē appellatio relativa. et ī illa cui datur mutatio fit non in dante.

Quomodo dicatur filius equalis patri an secundum substantiam an secundum relationem ita et similis.

Preterea cōsiderari oportet cū tres persone coequales sibi sint vtrum relative hoc dicatur an secundum substantiam. et si relative vtrum secundum relationem. an secundum essentiam ꝓsideranda sit equalitas. deinde quid sit ipsa equalitas. Ad qd dicimus quia sicut simile nichil sibi est. similitudo em̄ vt ait hilarius sibi ipsi non est. ita et equale aliquid sibi non dicitur. ac per hoc sicut simile. ita et equale relative dicitur. Dicitur ergo relative filius equalis patri. ⁊ vtriq̃ spiritussanctus est tamen equalis patri filius et vtriq̃ spiritussanctus propter summam simplicitatem essentie / et vnitatem Equalis est ergo filius patri secundum substantiam non secundū relationem. Unde augustinus in quinto libro de trinitate ait. Querimus secundum quid equalis sit patri filius. nō secundum hoc q̃ ad patrem dicitur filius equalis est patri. Restat ergo vt secundum id equalis sit / q̃ ad se dicit. Quidquid autem ad se dicitur. secundum substantiam dicitur. Restat ergo vt secundum substantiam sit equalis. Eadem ergo est vtriusq̃ substātia Itē in sexto libro. Satis est videre nullo modo filium equalem esse patri. si in aliquo scz quod pertineat ad significandam eius substantiam inequalis inuenitur. In omnibus ergo equalis est patri filius / et est eiusdem substantie. Eq̃lis est etiam spiritussanctus. et in omnibus equalis ꝓpter summam simplicitatem illius substantie. Ex his perspicum sit. q̃ secundum substantiā filius est equalis patri. et vtriq̃ spūssanctus. et appellatio tm̄ relativa est.

DI. XXXI.

Hylarius.

Aug.

Quid sit equalitas.

Equalitas ergo patris et filij non est relatio vel notio/ sed nature vnitas et idemptitas.

Hic quomodo dicitur similis et quid similitudo.

Hoc idem etiam dicimus de simili et similitudine. Cuz enim dicitur filius similis patri. relatiue quidē dicitur. Sed similis est patri ppter vnitatem essentie. Est ergo appellatio tantum relatiua. Similitudo vero est indifferens essentia.

Quibusdaz videtur q nomīe equalitatis vel similitudinis nō ponit aliquid sz remouet.

Quibusdam tamen videtur noie equalitatis vel similitudinis non aliquid poni/ sed remoueri vt ea ratione dicat filius equalis pri qz nec maior est eo nec minor z hoc ppter vnitatem essentie. Ita et similis dz quia nec diuersus. nec alienus. nec in aliquo dissimilis. Et hoc ppter essentie simplicitatez. Non ergo scōm q filius est genitus a patre equalis vel ineqlis est patri. nec similis vel dissimilis/ sed equalis et similis scōm substantiam.

De sentētia sancti hilarij q in trinitate psonaz ppria oñdit

Non est hic pretereundū q vir illustris hilarius ppietates personaruz assignans dicit in patre esse eternitatem/ speciē in imagine vsum in munere que tante difficultatis sunt verba. vt in eoruz intelligentia atq explanatione vehementer laboraue/ rit aug. vt ipse oñdit in. vj. li. de trinita dicens. Quidaz cum vellet breuissime singulaz in trinitate personaz insinuare ppria. Eternitas est inqt in patre. species in imagine. vsus i munere

Ex quo sensu intelligenda sint verba hilarij hic docet augustin' z prius quare patri eternitas tribuatur.

Et quia non mediocris autoritatis in tractatione scripturarum et assertione fidei vir extitit. Hilarius em̄ in libris suis posuit horū verborum. i. patris et imaginis et muneris eternitatis speciei et vsus abditā scrutatus intelligentiam quantum valeo non eum secutum arbitroz in eternitatis vocabulo nisi q pater non habet patrem de quo sit. filius autem de patre est vt sit/ atq vt illi coeternus sit. Imago em̄ si perfecte implet illud cui' imago est ipsa coequatur ei. non illud imagini sue. in qua imagine speciez nominauit. Credo ppter pulcritudinem vbi tanta est congruentia et p̄ma equalitas et p̄ma similitudo nulla in re dissidens. et nullo modo inequalis. z nulla ex parte dissimilis/ sz ad idemptitatez respondentes ei. cuius imago est vbi ē prima et summa vita. cui non est aliud viuere et aliud esse. sz idem et p̄mus ac summus intellectus cui non est aliud viuere et aliud intelligere. sz idem hoc est vnum tanqnam vbum perfectum. cui ñ desit aliquid et ars quedam omnipotētis et sapientis dei. plena omniū rationum viuentium et incōmutabilium et omnes vnum in ea. sicut ipsa vnum de vno/ cum quo vnū. ibi nouit omnia deus que fecit per ipsam.

Hilari' in libro de synodis Imago eius ad quā imaginat species ē indifferēs est Neqz em̄ ipse sibi quisquaz imago est. sed erit cui' imago ē. necesse ē vt imago demōstret. imago ergo ē. rei ad rē coequādaz z imaginata z idiscreta similitudo Est ergo pat est etiā filius. qz imago p̄ris est filius. Et qz imago est. vt rei imago sit speciem necesse ē et naturā z essentiam p̄m qd imago ē. i se habeat auctoris.

Hic de spūsancto quare vsus dicatur.

Est autē ineffabilis quidā cōplexus p̄ris et imaginis q

non est sine perfruitione. sine caritate si ne gaudio. Illa ergo dilectio delectatō felicitas vel beatitudo. si tamen aliqua humana voce digne dicit vsus ab illo appellata est breuiter. ⁊ est in trinitate spūssanctus. non genitus sed genitoris genitiq̄ suauitas igeniti largitate atq̄ vbertate perfundens oēs creaturas ꝓ captu earum. itaq̄ illa tria et a se inuicem determinari videntur et in se infinita sunt. Qui videt hoc vel ex pte vel p speculuz ⁊ in enigmate. gaudeat cognoscens deū et gratias agat. Qui vero nō videt / tendat p pietatem ad videndū. non per cecitatez ad calumniandū qm̄ vnus est deus / sz tamē trinitas Ecce habes qualiter vba hilarij p̄missa ac cipienda sūt. licet tante sint ꝓfunditatis vt etiam adhibita expositōe vix aliquatenus ea intelligere valeat humanus sensus. cuz et ipsa eoz explanatio quam hic aug'. edidit / plurimum in se habeat difficultatis et ambiguitatis.

Qd nō modo illa vba hilarij sz explanatio augustini sup hijs obscurissima est.

Qd secundum hanc expositionem non distinguuntur ibi ꝓprietates personarū tres.

Non enim secundum

premissam expositionē distinguūtur hic tres ille ꝓprietates superius assignate. ꝗ ipse ypostases distincte ab inuicem monstrātur Eternitatis tm̄ nomine eadem videtur designata ꝓprietas / quam notat hoc nomen ingenitus. Sz videamus quid sit q̄ ait. Imago si perfecte implet cuius imago est ipsa coeq̄tur ei / non illud imagini sue. Videtur enim dicere q̄ filius qui est imago patris patri coequatur non pater filio cū et filius dicatur equalis patri in scriptura / et pater filio. sed filius hoc habet a patre vt sit ei equalis. pater autē nō habet a filio. et tamen filius plane ac p fecte equalis est patri. i. imago ei cuius est imago.

Qd noie eternitatis ibi significatur illa notio quā notat ingenitus.

Ex quo sensu dixerit illud imago sit pfecte implet.

Quare dicat hilarius ꝓprias personaz assignasse in verbis predictis cum ibi non sint expresse ꝓprietates.

Propria ergo p

sonaz in predictis verbis assignasse dicitur hilarius. qz relatiua nomina ꝓsonarū posuit. s. patris imaginis et muneris q̄ relatiue dicunt de personis et ꝓprietates notant q̄bus distinguunt ꝓsone. Ita em̄ dicitur spūssanctus munus relatiue sicut donū. Verūtamen ipsas ꝓpetates alys tribus noibus nō significauit / iuxta predictā augustini expositionē / nisi solo noie eternitatis quo nō ipam paternitatē sed eaz voluit intelligi notionē qua dicitur ingenitus. Hylarius.

Qd earundem personaruz distinctionem notat augustinus alijs verbis sine expressiōe trium ꝓprietatum.

Illud etiam sci

ri oportet q̄ earundem trium personarum distinctionem augustinus ostendē volens. sine expressione illarum trium ꝓprietatum superius cōmemoratarum in p̄mo libro de doctrina xp̄iana sic ait In patre est vnitas. in filio equalitas. in spūsancto vnitatis equalitatisq̄ concordia. Et tria hec vnum oia ꝓpter patrem equalia oia ꝓpter filiū. connexa oia ꝓpter spūmsanctuz. Itaq̄ pater et filius ⁊ spūssanctus. et singulus quisq̄ horū deus est et simul oēs vn' deus. et singulus quisq̄ horum plena substātia est. et simul omnes vna suba. pater nec est filius. nec spūssanctus est filius nec pater est nec spūssanctus. Spūssanctus nec pater est / nec filius. Sed pater tātum pater. et filius tantum filius. ⁊ spiritussanctus tm̄ spiritussanctus. Eadez tribus eternitas. eadem incommutabilitas. eadem maiestas / eadem potestas In his verbis aperte insinuatur personarum trium distinctio. Aug.

Quare patri attribuatur vnitas ⁊ filio equalitas.

Sed plurimos mouet ꝙ patri attribuit vnitatem. filio equalitatez. Cum em̄ vnitas dicat̄ scd̄m substantiaz non tm̄ in patre est/ ꝑ etiam in filio et in spūsancto. et equalitas vna est patris/ et filij/ ⁊ spūssancti. Cur ergo patri attribuitur vnitas. ⁊ filio equalitas. Forte eadem rōne attribuitur patri vnitas scd̄um augustinum qua supra eidem eternitas scd̄z hilariū quia videlicet pater ita est/ vt ab alio non sit. Et quia filium genuit. vnum secum deum. et spiritussanctus ab eo ꝓcedit vnus cum eo deus. Unitas ergo in patre esse dicitur. quia nec est aliq̄d aliud a quo sit. nō enim ab alio est. nec ab eo aliquis vel aliquid est ab eterno quod vnum cum eo non sit. filius enim et spiritussanctus vnum sunt cum patre Unde veritas ait. Ego et pater vnum sumus.

Aug. Hylarius.

Hilarius in libro de sinodis.

Si quis innascibilem et sine initio dicat filiū quasi duo sine principio. et duo innascibilia. et duo īnata dicēs. duos faciat deos anathema sit. Caput em̄ quod est principium omniū filius. Caput aūt quod est principium cristi deus Sic em̄ ad vnū initialem omniū initium. per filiuz vniuersa referimus. filium innascibilez cōfiteri impijssimum est. Jam enim ñ erit vnus deus qꝛ deum vnum predicari natura vnius innascibilis dei exigit. Cuz ergo deus vnus sit. duo innascibiles esse non possunt. cū idcirco deus vnus sit cum et pater deus sit. ⁊ filius dei deus sit. qꝛ innascibilitas sola penes vnū sit. filius aūt idcirco deus qꝛ ex innascibili essentia nat⁹ existat. Caput em̄ oīm vt filius est. sz caput filij deus est. ⁊ ad vnum deum omnia hoc gradu/ ⁊ hac cōfessione referuntur cum ab eo sumant vniuersa principiū. cum ipse principiū sit. Idem in eodem. Omnibus creaturis substantiam voluntas dei attulit. sz naturam dedit filio ex innascibili ac nō nata substantia ꝑfecta natiuitas. Talia enim cuncta creata sunt qualia de⁹ esse voluit. filius autem natus ex deo subsistit talis qualis deus est. Nec dissimilem sui edidit natura naturaz. sed ex substantia dei genitus nature scd̄m originem attulit/ non secundū creaturas voluntatis essentiā.

Hylarius.

Quare pater et filius dicātur esse vnum vel vnus deus sed ñ vnus. quia res eiusdem nature recte possunt dici vnuz simpliciter esse et cum adiectione Res vero diuerse nature non possunt dici vnuz nisi dicatur quid vnum.

Hic dici oꝑtet ꝙ pater et filius et spūssanctus recte dicūtur esse vnū et vnus deus. sed non vn⁹ Res enim due vel plures recte possunt dici vnum esse/ si sint vnius essentie et earum vna sit natura. Unus autez vel vna nō potest dici de diuersis rebus nisi addatur quid vnus vel vna. quo addito recte potest dici de rebus ⁊ vnius et diuerse substantie. Unde augustin⁹ in sexto libro de trini. sic ait. Nescio vtꝝ inueniatur in scripturis dictum. vnum sūt quorum est diuersa natura. Si aūt et aliqua plura sint eiusdem nature et diuersa sentiant. nō sunt vnum inquantū diuersa sentiunt. Cuz ergo sic dicit̄ vnū vt non addat̄ quid vnum. et plura vnū dicuntur eadē natura atqꝫ essentia nō dissidens neqꝫ dissentiēs significat̄ Unde paulus et apollo q̄ et ambo homines erant ⁊ idem sentiebant vnū esse dicuntur cum dicit̄. Et qui plantat et qui rigat vnum sunt. Cum vero addit̄ quid vnuz potest significari aliquid ex pluribus vnuz factum quāuis diuersis

Aug.

Hylarius i libro de sinodis

Minus forte expresse videtur de indifferenti silitudi-

De q̃bus dispositio.

De q̃bus epr destinatõ.

Qd et hoies p̃destinantur ad bona. ⁊ bona hoibus.

De q̃bus prouidentia.

De sapientia vel scientia ⁊ de quibus.

Utrum scientia vel prescientia vel dispositio vel predestinatio potuerit esse ĩ deo si nulla fuissent futura.

Hic considerari oportet vtrum scientia vel prescientia vel dispositio vel predestinatio potuerit esse in deo si nulla fuissent futura. Cũ enim prescientia sit futuroꝝ / et dispositio faciendoꝝ. et predestinatio saluandoꝝ si nulla essent futura. si nichil esset facturus deus. vel aliquos saluaturos. non videt potuisse in deo esse prescientia vel dispositio / vel p̃destinatio. Potuit autem deus nulla p̃scire futura. potuit non creare aliquid vel nõ saluare aliquos. Potuit ergo in deo non esse prescientia vel dispositio vel predestinatio. Ad hoc autem ita a quibusdam opponitur. Si inquiũt potuit prescientia dei non esse in deo ab eterno ⁊ potuit non esse. Si vero potuit nõ esse cum prescientia dei sit eius scientia. et scientia sit eius essentia. potuit ergo nõ esse ab eterno id quod ẽ diuina essentia ita et de dispositõe / ⁊ predestinatiõe q̃ est diuina essentia obijciũt. Addunt q̃z et alia ita loquẽtes. Si potuit deus non p̃scire aliqua. cũ idem sit deo prescire qd scire / ⁊ scire qd esse. potuit ergo nõ esse. Itẽ cum idez sit deũ presciũ esse / et deũ esse. si potuit non esse p̃scius. potuit non esse deus. Potuit aũt non esse p̃scius si potuit nulla p̃scire. at potuit nulla p̃scire. qz potuit nulla facere.

Opinio.

Responsio q̃ prescientia ⁊ dispositio et predestinatio quasi relatiue dicũtur ad futuras res vel faciendas.

Ad hoc iuxta modulũ nostre intelligentie ita dicimus. prescientia et dispositio vel predestinatio ad aliquid dici vident. Sicut em̃ creator ad creaturam relatiue dicitur.

ita prescientia vel prescius ad futura referri videtur. et dispositio ad facienda ac predestinatio ad saluāda. Verū tamen creator ita relatiue dicitur vt essentiam non significet. Prescientia vero vel prescius / et in respectu futurorū dicit et essentiā designat. Ita etiā dispositio et predestinatio. Ideoq; cū dicitur. si nulla essent futura. non esset in deo prescientia / vel non esset deus prescius. quia varia est ibi causa dicendi. Distingui oportet rationem dicti. Cū ergo dicis si nulla essent futura nō esset in deo prescientia / vel non esset p̄scius. si indicendo hanc causam attendis. scz quia nulla essent subiecta eius prescientie vnde ipsa possit dici prescientia vel ipse prescius / q̄ vtrumq; dicitur. ppter futura verus est intellellect' Sin autem ea ratione id dicis. q̄ nō sit in eo scientia qua prescit futura. vel q̄ ipse non sit deus qui est. futuroꝝ prescius / falsa est intelligentia. Similiter et ille locutiones determinande sunt Potuit non esse prescientia dei. vel potuit nō esse prescius. et potuit deus nō prescire aliquā. i. potuit esse q̄ nulla futura subiecta essent eius scientie. & ita nō posset dici prescius vel prescire. vel scientia eius prescientia. non tñ eo minus ipse esset / vel eius scientia. ꝑ non possz dici prescius vel prescire vel prescietia si eius scientie futura mala forent subiecta. Similiter de dispositione et predestinatione vel ꝓuidentia. Hec enim vt dictum est ad temporalia referuntur. et de temporibus tantum sunt.

Q̄ scientia dei non tantum est de temporalibus sed etiam de eternis.

Bciētia vero vt sapientia nō tantum de temporalibus sed etiam de eternis. Ideoq; & si nulla fuissent futura. essent tñ in deo scientia eadem que modo est. nec minor esset q̄z modo. nec maior est q̄z esset. Sciuit ergo deus ab eterno eternuz / & omne qd futurum erat et sciuit immutabiliter. Scit quoq; non minus preterita & futura q̄z presentia. et sua eterna sapientia et immutabili. Scit ipse omnia que sciuntur. omnis enim ratō superne et terrene sapientie vt ait ambrosius in eo est. quia oēm sapientiam & scientiaz capit sua immensa scientia.

Quare oia dicantur esse in deo & quod factū est vita esse i eo.

Propterea omnia dicunt esse in deo et fuisse ab eterno. Unde augusti. super genesim Hec visibilia inquit antequā fierent nō erāt quomodo ergo nota deo erant / que nō erant Et rursus quomō ea faceret que sibi nota non erāt. non enim quicquam fecit ignorās. Nota ergo fecit nō facta cognouit. Proinde antequam fierent et erant et non erant. erant in dei scientia. non erant in sua natura. Ipsi autē deo non audeo dicere alio modo innotuisse cuz ea fecisset quā illo quo ea nouerat vt faceret. Apud quē non est trās mutatio. nec vicissitudinis obumbratio. Ecce hic habes q̄ hec visibilia antequā fierent in dei scientia erant. Ex hoc g̃ sensu omnia dicunt esse in deo. & omne qd factum est dicitur vita esse in ipso. non ideo q̄ creatura sit creator. vel q̄ ista temporalia essentialiter sint in deo. sed quia in eius sciētia semper sunt que vita est. Aug⁹. super genesim.

Q̄ eadem ratione dicuntur omnia ei presentia.

Inde est etiā q̄ omnia dicuntur ei p̄ntia esse non solum ea que sunt. ꝑ etiam ea que preterierūt et ea que futura sunt / secunduz illud. q̄ vocat ea que non sunt tanquam ea que sunt. quia vt ait ambrosius in libro de trinitate. Ita cognoscit ea q̄ non sunt

vt ea q̃ue sunt. et hac ratione omnia dicunt esse in eo vel apud eum siue ei presentia. Unde aug⁹. super illum locuz psalmi. et pulcritudo agri mecum est. Ideo inquit mecum est. quia apud deum nichil preterit / nichil futurum est. Cum illo sunt omnia futura. et ei non detrahuntur iam preterita. Cum illo sunt omnia / cognitione quadam ineffabili sapientie dei. Ecce hic aperit augustinus ex qua intelligentia accipienda sunt huiõi verba. omnia sunt deo p̃sentia. in deo sunt omnia. vel cuz deo. vel apud deum. vel in eo vita. qz ineffabilis omnium cognitio in eo est.

Aug.

Utrum concedendum sit omnia esse in dei essentia. vel i eo per essentiam vt oĩa dicunt esse in dei cognitione vel p̃ntia.

DI. XXX. VI.

Solet hic q̃ri cum omnia dicantur esse i dei cognitione seu p̃ntia vel in deo p cognitionem et eius cognitio vel p̃ntia sit diuina essentia. vtrum concedenduz sit omnia esse in diuina essentia. vel in d̃o per essentiã.

Responsio.

Ad quod dicim⁹ quia dei cognitio eius vtiq; essentia est et eius presentia / in qua sunt omnia ipsius cognitio est. nec tamen omnia que sunt in eius presentia vel cognitione / in eius essentia esse dici debent. Si em̃ hoc diceret intelligeret esse eiusdẽ cũ eo essentie. In deo enim dicitur esse p essentiam quod ẽ diuina essentia quod est deus. Habet ergo deus apud se in presentia sua que non habet in sui natura. Unde augustinus de verbis apostoli ita ait. Elegit nos ante mundi cõstitutionem. quis sufficit hoc explicare? Eligunt qui non sunt. nec errat q̃ elegit. nec vane elegit. Elegit tamen et habet electos quos creaturus est eligendos. quos habuit apud semetipsuz nõ in natura sua / ꝑ in presentia sua nõdum erãt q̃bus promittebat. sed ꝛ ipsi ꝓmissi sunt quibus ꝓmittebatur. Ecce hic aperte dicit deum apud semetipsum habere electos ante mundũ non in natura sua / sed in p̃ntia sua. cum tamẽ eius p̃ntia non aliud sit q̃ eius natura q̃a ipsius p̃ntia est eius noticia. Põt tñ ad electos referri cum ait in natura sua. i. illoꝝ. Illos quippe habuit ab eterno apud se non in natura sua. i. illoruz quia nondum erant / sed in sua presentia. quia eos ita nouit / ac si essent.

Aug.

Utrum mala debeant dici esse in deo vt sint omnia bona / cuz vtraqz sint in eius cognitione et presentia omnia enim cognoscit.

Post p̃dicta queritur cum omnia dicant esse in deo. nõ per essentiam nature. sed per cognitionem scientie / et deus sciat bona et mala. vtrũ concedendũ sit simpliciter mala esse in deo. siue esse in deo p cogntionez. Scit em̃ deus ꝛ sciuit semper oĩa tam bona. q̃ mala. etiam antequã fierent / et presciuit ab eterno ea futura. Ideoq; cum omnia bona diximus esse in deo / ꝓpter p̃ntiam cognitionis. eadem rõne videtur dicendum oĩa mala esse in eo. cũ ea semper nouerit. et per cognitionẽ ei p̃ntia fuerint. Precognouit em̃ deus ab eterno quosdã futuros malos vt eorum maliciã vt ait augustinus p̃sciuit / ꝑ non preparauit. Cum ergo peccata omniuz sciat. nunquit intelligendũ est ea includi in illa generalitate locutionis. qua dixit apostolus oĩa esse in deo. Ex ipso inquit / et per ip̃m et in ip̃o sunt oĩa. Sed quis nisi insan⁹ dixerit mala esse in deo.

Que intelligant esse in deo.

Illa enim esse in deo intelligunt que ex ipso et p ipsum sūt. ea vero per ipm sunt / ⁊ ex ipso q̄ꝝ auctor est / ꝑ non auctor nisi bonoꝝ. Nō ergo ex ipso vel per ipsuz sūt nisi bōa. ita ergo non in ipso sunt nisi bona. Nō ergo mala in deo sunt / qꝛ licet ea noscat / non tñ ita omnino noscit vt bona. mala quasi de longe cognoscit. vt ait ꝓpheta. alta a longe cognoscit. i. sup/biam. et alibi ad deum loquens de malis ait. De abscondit is tuis ad imple/tuz est venter eoꝝ. quod exponens au/gustinus. Abscōdita inquit peccata sūt que a lumine tue veritatis absconduntur. Sed q̄uo peccata a lumine veritatis diuine absconduntur cum a deo sciantur. Si enim non sciret q̄uo de illis iudicaret. ⁊ ꝓ illis malos damnaret Alibi ꝓpheta dicit. quia neqꝫ ab oriente neqꝫ ab occidente deest. quod exponēs cassiodorus inquit. neqꝫ a bonis neqꝫ a malis deest deus. sed omnibus presēs et cognitor est. Cognoscit ergo deus ⁊ bona et mala per scientiam. sed bona cognoscit etiam per approbationez per beneplacitum. mala vero non. Unde cassiodorus super psalmuz dicit. Peccata abscondita deo sunt. quia non nouit. i. non approbat. et ex eo sensu au/gustinus dixit ea abscondita a lumine dei qui etiam in libro ad heliudiuz insinuat cognitionez dei / varijs modis accipiendam inquiens. Si ad scientiā referas. non ignorat deus aliquos vel aliqua. qui tamen in iudicio quibusdā dicet. Non noui vos. sed eoruz improbatio hoc verbo insinuata est. Ecce non ꝯgnoscere dicitur deus que non approbat / que non ei placent. Apparet itaqꝫ veruz esse quod diximus. scz quia quodāmodo cognoscit deus bona quo non cognoscit mala pariter, quidē vtraqꝫ eodemqꝫ modo noscit / quantum ad notitiam / sed bona etiā approbatione et beneplacito cognoscit.

Qd non omnia ita cognoscit deꝰ mala vt bona. quia mala tm̄ p scientiaz bōa vero p approbationē et beneplacitum /

Cassiodorus

Hic aperit quare bona tantū dicant esse in deo ⁊ non mala.

Et inde ē q̄ bōa tm̄ dicuntur esse in deo non mala / ⁊ illa prope / hec longe. quia licet in deo aliqua dicantur esse ꝓpter cognitionis pñtiam. et deus bona et mala cognoscat mala tamen non cognoscit nisi per noticiam. bona vero non solū per scientiam ꝑ etiam per approbationem et beneplacitum. et ob talem cognitionē aliqua dicunt esse in deo. scz quia ita ea scit vt etiam approbet et placeant id est ita scit vt eoruz sit auctor.

Qꝛ idez est omnia esse ex deo et per ipsum ⁊ in ipso.

Proinde si diligenter inspiciamus idē videtur esse omnia esse ex deo. et per ipsum et in ipso. Uñ ambrosius in. ij. li. de spiritusancto. hec tria ex ipso. et per ipm. et in ipo sunt oīa vnum esse supra diximus. Cū dicit per ipm esse omnia. negauit in ipso esse omnia Eandem vim habent omnia hec scz cum ipso. et in ipso. et p ipm et vnum in his atqꝫ consimile non contrarium intelligitur. Ecce habes qꝛ ex eadem intelligentia scriptura dicit oīa esse in ipo / et per ipm. ⁊ ex ipso vel cū ipso. Cū ergo ex eadem ratione oīa dicant esse ex deo. vel per ipm / nō solum quia scit / sed etiam quia eorum auctor est. ꝯsequitur vt eadem ratione ita esse in deo dicant. scz quia scit et eorū auctor est dicit. quia in illo viuimꝰ et mouemur et sumus. q̄a eo auctore sumus mouemur et viuimus. Cū ergo non sit auctor nisi bonoꝝ merito sola bona ī eo esse dicuntur sicut ex ipso vel per ipsuz Cum ergo in eius cognitione vel pñtia sint omnia. scz bona et mala. in eo tam̄ non dicuntur esse nisi bona quorum auctor est. Unde augustinꝰ in libro de natura boni. Cum audimus inquit ex eo et per ipm et in ipo esse omnia. Omnes

Ambrosius.

Aug.

itaq; naturas intelligere debemus. et omnia que naturaliter sunt. neq; enim ex ipso sunt peccata que naturam non seruant sed viciant que ex volũtate peccantiũ nascuntur omnia. hic aperte dicitur. q̃ in illa generalitate locutionis bona tantum continentur.

Q̃ omnia ex patre ⁊ per patrẽ et in patre sunt. ita de filio et de spiritusancto est dicendum licet propter personas fiat distinctio.

Preterea scien dũ est q̃ licet ibi indicet distinctio ꝑsonarum cũ dicitur ex ipso. et per ipsum et in ipso omnia. tamen ex patre et ꝑ patrem et in patre sunt. similiter de filio et spũsancto accipiendum est Unde augustinus in libro de trinitate. Non confuse inquit accipiendum est qd̃ ait apostolus. ex ipso et per ipsum et in ipso. Ex ipso dicens ꝓpter p̃rem. per ipsum ꝓpter filiũ. in ipso ꝓpter spũmsanctũ. Vigilanter autẽ attende. neq; patrem volens intelligi dixit ex ipso. sic ĩtelligas oĩa esse ex patre vt neges oĩa esse ex filio. vel ex spũsancto. cuz ex patre et per p̃rez et in patre omnia esse sane dici possit. similiter et de filio et de spiritusancto dicendum est.

Q̃ non oĩa que ex deo sunt etiã de ipso sunt / sz ecõuerso.

Illud etiam hic annectendum est q̃ non omnia que dicũtur esse ex deo etiã de ipso esse dici debeant. qz vt ait aug⁹. in libro de natura boni. Non hoc significat penitus ex ipso qd̃ de ipso. Quod em̃ de ipso ẽ potest dici ex ipso. sz non omne qd̃ ex ipso est põt dici esse de ipso. quia non est de sua substantia. ex ipso em̃ sunt celuz et terra / qz ipse fecit ea. Non autez de ipso. quia non de substantia sua. sicut aliquis homo generat filiuz ⁊ facit domũ ex ipso est filius. ex ipso est et domus. sed filius de ipso. domus vero de terra ⁊ ligno non de ipso.

Que dicta sunt summatim colligit.

In premissis aptum est q̃ in dei cognitione siue p̃ntia sunt omnia. sez bona ⁊ mala. sed nõ omnimodo sunt ibi mala quo bona. ⁊ q̃ in deo bona tanta sunt sic̃ ex ipso ⁊ per ipsum. non mala. et ex quo sensu hec accipienda sint assignatum est. et q̃ de ipso non dicitur esse ꝓprie quod aliud est ab ipso. ex ipso autem esse dicuntur omnia que eo auctore sunt.

Quibus modis dicatur deus esse in rebus.

Et quoniã demonstratuz est ex parte qũo omnia dicantur esse in deo. addendũ videt hic quibus modis dicat deus esse in rebus si tñ id humana mens. vel ex ꝑte digne valeat cogitare vel lingua sufficit eloqui. Sciendũ ergo est q̃ deus ĩcommutabiliter semper in se exñs. presentialiter / potentialiter / essentialiter est in omni natura siue essentia sine sui diffinitione / ⁊ in omni loco sine circumscriptione ⁊ in omni tpe sine mutabilitate. Et p̃terea in sanctis spiritibus et aĩabus est excellentius. s. per gr̃am inhabitans et ĩ hoĩe xp̃o excellentissime in q̃ plenitudo diuinitatis corporaliter habitat vt ait apostolus. in eo em̃ deus habitauit non per gratiaz adoptionis sed per gratiam vnionis.

DI. XXX. VII.

Quod deus ĩ omni est essentia. potentia ꝫ in sanctis ꝑ gratiã et ĩ homine xp̃o per vnionẽ ꝑsone

Autoritatib⁹ ita esse cõfirmat

Ne autem ista quia capacitatez humane intelligentie excedunt falsitatis arguere aliqui

presumant sanctoꝝ autoritatibus mu-
Gregorius. niēda michi videnť. beatus gregorius
sup canticis canticoꝝ inquit. Licet de
us communi modo omnibus rebus in-
sit / pñtia / potentia / substantia tamē fa
miliari modo per gratiam dicit esse in
illis qui mirificentiam operum dei acu
tius et fidelius cōsiderant. De hoc em̄
eodem augustinus ad dardanum in li-
bro de pñtia dei ait. Cum deus sit na-
tura incorporea et incōmutabiliter vi
ua eterna stabilitate in seipo manēs to
tus adest rebus omnib⁹ et singulis tot⁹
sed in quibus habitat habent eum pro
sue capacitatis diuersitate alij ampli⁹
alij minus. quos ipse sibi dilectissimum
templuz gratia sue bonitatis edificat.
Hylarius. Hilarius quoqꝫ in octauo libro de trini
tate apertissime docet deum vbiqꝫ esse
Deus inquit immense v̄tutis viuēs po
testas que nusq̄ꝫ non assit / non desit vs
q̄ꝫ. sed omne per sua edocet. vt ibi sua
sint ipsi esse intelligať. non autē corpo-
rali modo cū alicubi sit. non etiam vbi
qꝫ esse credať. cum et in oībus esse non
Amb. desinat. Ambro. in libro primo de spū
sancto. spūmsanctuz ꝓbat non esse crea
turam. quia vbiqꝫ est qđ est ꝓprium di
uinitatis ita dicens. Cum omnis crea-
tura certis nature sue sit circūscripta
limitibus qūo quis audeat creaturam
appellare spūmsanctum qui non habeat
circumscriptam determinatamqꝫ virtu
tem. qui et in omnibus et vbiqꝫ semper
est / quod vtiqꝫ diuinitatis et domina-
tionis est ꝓp̄um. Idez in eodem. Dñi
est omnia complere qui dicit. Celuz et
terram ego compleo. Si ergo domin⁹
est qui celum complet et terram. quis
ergo post spūmsanctum iudicare domi-
nationis ꝛ diuine potestatis exortez q̄
repleuit orbē. Et quod plus est reple-
uit et ihesum tocius mundi redempto-
rem. Ex his alijsqꝫ pluribus autorita-
tibus aperte monstrať q̄ deus vbiqꝫ et
in omni creatura essentialiter / pñtiali-
ter potentialiter est.

Q̄ in sanctis non modo est sed etiam habitat qui non vbicū-qꝫ est habitat.

In sanctis vero etiam habitat in quibus est per gratiā non em̄ vbicūqꝫ est ibi habitat. vbi ve-ro habitat ibi ē In solis bonis habitat q̄ sunt templuz eius ꝛ sedes eius. Unde per isaiaz dñs ait. Celuz michi sedes ē terra autē scabellum pedum meoꝝ. qꝛ in electis qui sunt celuz habitat deus ꝛ regnat. qui eius voluntati deuoti obtē-perant. Malos vero qui sunt terra iu dicij districtione calcat. Unde et in li-bro sapientie dicit. Thronus sapiētie aīa iusti. qꝛ in iustis specialius est q̄ꝫ in alijs reb⁹ in quibus tñ omnibus totus est. quemadmodum anima vt ait augu stinus in epistola ad hieronimuz de ori gine anime per omnes particulas cor-poris tota adest simul. nec minor in mi-noribus. nec maior in maioribus. sed tamē in alijs intēsius. in alijs remissius operatur cum in singulis particulis cor poris essentialiter tota sit. ita et deus cū sit in oībus essentialiter ac totus. in illis tamen plenius esse dicitur quos in habitat. i. in q̄bus ita est vt faciat eos templū suum. ꝛ hij tales cū eo sunt iaz ex parte. sed in beatitudine perfecte. Mali vero et si ibi sint vbi ipse est qui nusquā deest. non tñ sunt cū eo. Unde augustin⁹ super iohannē. Nō satis fuit dicere vbi ego sum et illi sint. sed addi-dit mecū quia ꝛ miseri possunt esse vbi et ille est q̄ nusquaz deest / sed beati cū illo. qꝛ non sunt beati nisi ex eo cuz illo sunt qui fruunť eo / et vident illuz sicut est. Mali vero non cū illo ita vt i luce nō sint cum luce. nec boni ita nunc sunt cū eo. vt videant per speciem. et si sūt aliquo modo cum eo per fidem.

Si vis intelligere quomodo habitet require predicta de spi ritusancto.

Quomõ autem

deus habitet in bonis ex illis aliquatenus intelligere valebis que supra dicta sunt. cum de spũssancti processione temporali ageretur. vbi licet ex parte exponitur. ex parte em̃ cognoscimus et ex parte ꝓphetamus. quomodo spiritussanctus habitet in nobis qui non sine patre et filio inhabitat.

¶ Vbi erat vel habitabat de⁹ antequam esset creatura.

Vbi autẽ querís.

vbi habitabat deus antequaz sancti essent dicimus/ qz in se habitabat. Unde aug⁹. in libro contra maximinum. In templo inquit suo habitat deus. scz in sanctis qui sunt templum dei/ modo secundũ fidem ambulantes z templũ dei erunt aliquãdo scõm speciem qualiter etiam nunc templũ dei sunt angeli. Dz dicit aliquis antequã faceret deus celum z terrã. antequam faceret sanctos vbi habitabat. In se habitat de⁹. apd te habitat. z apud se est. Nõ ergo sancti sic sunt domus dei/ vt ea subtracta cadat deus. Immo sic habitat deus in sanctis. vt si ipse discesserit cadant.

¶ Multa hic breuiter docet que confirmant predicta

Sciendũ est etiam

quod ait augustinus i libro ad dardanum/ dici nisi stultissime nequit spiritum sanctuz non habere locum in nro corpe quod totum nostra aia impleuerit. Stultius etiam dz angustijs alicubi impediri trinitatem vt pater et filiꝰ et spũssanctus. alicubi simul esse nõ possint. Verum illud est multum mirabilius q cũ deus vbiqz sit totus. nõ tamen in omnibus habitat. Quis porro audeat opinari nisi inseparabilitatẽ trinitatis penitus ignorat. Qz in aliquo possit habitare pater aut filius. in quo nõ habitet spũssanctus. Aut in aliquo spũssanctus in quo nõ habitet pater z filius Fatendum est ergo vbiqz esse deum per diuinitatis pũtiam/ sed nõ vbiqz per inhabitationis gratiã Propter hanc em̃ habitationẽ gratie non dicimus pater noster qui es vbiqz cum et hoc veruz sit sed qui es in celis. i. in sanctis in q̃bus est quodam excellentiori modo.

¶ Qz deus habitator est quorundam nondũ cognoscentiũ deũ z quorundã non cognoscẽtiũ

Illud quoqz mirabile est.

qz vt ait augustinus in eodẽ Deus est inhabitator quorundam nondum cognoscẽtium deum. et non quorundam cognoscentium deum. Illi em̃ ad templũ dei nõ pertinent qui cognoscentes deum/ non sicut deum glorificant ad templuz dei pertinent paruuli sanctificati sacramento xpi/ et remunerati spũsancto qui nondũ valent cognoscere deũ. ergo quem potuerũt illi nosse. nec habere/ isti potuerũt habere antequam nosse. Beatissimi autez sunt illi q̃bus est deum habere qd̃ nosse. hic aliquatenus aperit aug⁹. qũo deus habitet in aliquo. i. habeatur cum videlicet ita est in aliquo vt ab eo cognoscat et diligatur.

¶ Quomodo deus totus vbiqz totus sit per essentiam nõ pot intelligi ab humano sensu.

Ex predictis patet

q deus vbiqz totus est per essentiaz et in sanctis habitat per gratiam Unqz superius licet tenuiter ostensum sit. qua ratione dicat habitare in quibusdã efflagitaret ordinis ratio. id etiã assignari quomõ vbiqz per essentiaz et totus sit nisi huius considerationis sublimitas atqz immẽsitas humane mentis

Criso.

sensum omnino excederet. Ut enim ait crisostomus sup epistolam ad hebreos Sicut multa de deo intelligimus que loqui penitus non valemus. ita multa loquimur/q̄ intelligere non sumus idonei. Verbi gratia/ q̄ vbiq; deus est scimus et dicimus. qūo autem vbi sit intellectu non capimus. Item q̄ est incorporea quedam virtus que omnium est causa bonoꝝ scimus. quomodo autem vel que ista sit penitus ignoramus.

Quorundam opinio qui presumunt ostēdere quomodo deus vbiq; sit per essentiā potentiam presentiam.

Quidam tamen immensa ingenio suo metiri presumentes. hoc ita fore intelligendum tradiderunt q̄ deus vbiq; per essentiaz esse dicit nō q̄ dei essentia ꝓprie sit ī omni loco ⁊ oī creatura. sz qr oīs natura atq; omne q̄ naturaliter est in quocunq; loco sic per eum habet esse et omnis locꝰ in quo illud est. Idem etiam dicūt ido deum vbiq; dici esse per presentiam vl' per potentiam. quia cuncta loca sunt ei presentia et que in eis sunt. nec in eis aliquid operari cessat. Nam et ipsa loca et quidquid in eis est nisi ipse conseruet manere non possunt. In eis ergo ꝑ substantiam deus esse dicitur vt aiūt. quia per virtutem ꝓprie substantie sue facit. vt etiam loca sint ⁊ omnia que in eis sunt. Sed licet hec vera sint que asserunt in explanandis intelligentijs p̄dictorum. In illis tamen verbis q̄bus dicitur deus vbiq; esse per essentiam plus ꝯtineri credenduz est qđ homo viuens capere non valet.

Qđ deus cum sit in omnibus rebus non tamen in sordibus rerum inquinatur.

Solet etiam ab eisdez queri quomodo deus substantialiter insit omnibus rebus corporalium sordium inquinationibus non cōtingatur/ quod tam friuolū est vt nec responsione sit dignū. cum etiam spiritus creatus sordibus corporeis etiaz leprosi vl' quantūcunq; polluti īquinari nō possit

Per simile et minus ostēdit.

Sol quoq; radios suos sine sui pollutione effundit sup loca. et corpora non solum munda/ sed etiam immunda ac sordibus fetentia/ quorum ꝯtactu homines et alie quedaz res inficiuntur. Solis vero radij impolluti et incontaminati/ ea contingentes existunt. Non est ergo mirandum si essentia diuina. omnino simplex et incōmutabilis omnia replet loca. et omnibꝰ creaturis essentialiter inest. nec tamē cuiusquā rei sordibus contaminetur vel cōtingatur. Unde augustinus in libro de natura boni. Cum in deo inquit sint omnia que ꝯdidit/ non tamen inquināt eum que peccant de cuius etiam sapiētia que attingit a fine vsq; ad finez fortiter dicitur attingit omnia ꝓpter suaz munditiam et nichil inquinatum in eaz incurrit. Aug.

Per in conueniēs ostendit deum vbiq; esse.

Postremo respōdeant quid potius de deo respondendum existiment. vel q̄ nusquaz per essentiaz sit vel vbiq;. vel q̄ alicubi ita q̄ non vbiq;. Sed quis audeat dicere/ q̄ nusquam diuina essentia sit vel q̄ alicubi et non vbiq; sit. Si em̄ ita est alicubi q̄ non vbiq;/ ergo localis est. Est ergo vbiq; tota que continet totum et penetrat totum que nec pro sui simplicitate diuidi. nec pro sui puritate maculari. nec pro sui immensitate vllo modo comprehendi potest. Unde augustinus de Aug.

vbiq; est cui non locis sed actionibus ꝓpinquamus.

Qd deus vbiq; sit et in omni tempore. non tamen localis ē non circumscriptibilis. nec loco nec tempore mouetur.

Cumq; diuīa natura veraciter et essentialiter sit in omni loco et in omni tempore. non tamen mouetur per loca vel ꝑ tēpora nec temporalis nec localis est. Localis non est quia penitus non circumscribitur loco. quia nec ita est in vno loco ꝙ non sit in alio neq; dimensionem habet. sicut corpus cui secundum locum assignatur principium medium et finis. et ante et retro. dextra et sinistra sursum et deorsum quod sui interpositione facit distātiam circumstantium.

Quibus modis aliquid dicat̄ locale vel circumscriptibile.

Duobus namq; hijs modis dicitur in scriptura aliquid locale / siue circumscriptibile ⁊ econuerso. scz ꝙ vel quia dimensionem capiens longitudinis altitudinis et latitudinis distantiam facit in loco. vt corpus. vel quia loco diffinitur ac determinat̄. qm̄ cum sit alicubi non vbiq; inuenitur. qd̄ non solum corpori / sed eciam omni creato spiritui congruit. omne ergo corp⁹ omnimodo locale ē. Spiritus vero creatus quodammodo est localis. et quodammodo non est localis. Localis quidem dicitur quia diffinitione loci terminatur. qm̄ cum alicubi presens sit totus alibi non inuenitur. Non autē ita localis ē vt dimensionē capiens / distantiam in loco faciat. Diuina ergo sola essentia omnino in localis ⁊ incircūscriptibilis est q̄ nec locis mouet̄ aliquo modo. scz vel determinatione finita vel dimensione suscepta. nec temporibus. s. affectu et cognitione. His enim duobus modis. scz loco vel tempore fit mutatō creature que longe est a creatore. Vnd̄ augustinus sup̄ genesim. Deus inquit omnipotens incommutabili eternitate voluntate veritate sēper idem mouet. per tempus creaturam spūalem. mouet etiam per tempus et locum / creaturaz corporalem vt eo motu naturas quas condidit administret. Cum ergo tale aliquid agit / non debemus opinari eius substantiam qua deus est temporibus locisq; mutabilem. siue per tempora et loca mobilem / cum sit ipse et interior omni re. quia in ipso sunt omnia / ⁊ exterior omni re. quia ipse est super omnia. et antiquior omnibus. quia ipse idem est ante omnia. et nouior omnib⁹ quia ipse idem est post omnia. scz post omnium initia. Ecce hic aperte ostenditur ꝙ nec locis nec temporibus mutatur vel mouetur deus. Spūalis autem creatura per tempus mouet̄. corporalis vero etiam per tempus et locum.

De spū creato. ꝙ scd̄z alterꝝ modū nec localis nec circūscriptibilis est s̄m alteruz vero est Corpus vero omnino locale et circumscriptibile de⁹ vero oio in loca

lis et incircūscriptibilis.

Aug.

Qd̄ deus est interior antiquior et nouior omnibus.

Quid sit mutari scd̄m temp⁹.

Mutari autem per tempus est variari secundum qualitates interiores vel exteriores que sūt in ipsa re que mutatur vt quando suscipit vicissitudinem gaudij doloris scientie obliuionis. vel varicationem forme siue alicuius qualitatis exterioris Hec enim mutatio que fit secundum tempus variatio est qualitatuz que fit in corporali vel spirituali creatura. et ideo vocatur tempus.

Opinio quorundaz qui dicūt spiritus creatos nō moueri loco nec esse locales.

De mutatōe vero loci magna inter conquirētes disceptatio versatur. Sunt enim qui dicunt nulluz spūm aliquo modo posse mutari

loco. ab omni spiritu locum vniuersaliter remouere volentes. quoniam secundum dimensionem tantum ⁊ circũscriptionem locuz constare asserunt. atqz id solum esse locale / vel in loco esse dicunt quod dimensionẽ recipit et distantiam ĩ loco facit. Et hoc dicunt augustinum sensisse mutationem temporis tantuz spirituali creature tribuens. loci vero et temporis corporee.

Augustini v̄ba p̄dicta pro se facẽ dicũt.

Hic respondetur eis.

Sed vt supra diximus dupliciter dicitur res esse localis vel circumscriptibilis. scz vel quia dimensionem recipit et distantiam facit. vel quia loci termino diffinitur quorum vtrũqz cõuenit corporee creature alterum vero tantum spirituali. Nam vt supra diximus corporalis creatura ita est localis vel circumscriptibilis / q̃ terminatur diffinitione loci / et q̃ dimẽsionem recipiens distantiaz facit. Spiritualis vero tãtum diffinitione loci cõcluditur. cum ita sit alicubi q̃ non alibi ⁊ nec dimensionẽ recipit. nec distãtiaz in loco facit. qz si multi essent spũs hic non coangustarent locum. quo minus de corporibus continent. Ideoqz augustinus attribuit mutationem loci corpori / non spiritui. qz licet spiritus trãseat de loco ad locum. nõ tamen ita vt dimensionibus circumscriptus interpositione sui faciat distantiam circumstãtium sicut corpus.

Conclusio ex predictis q̃ spiritus creati sunt locales ⁊ circũscriptibiles quodãmodo Spiritus vero dei omnino incircumscriptibilis.

Sunt ergo spiritus creati in loco et transeunt de loco ad locum. et quodãmodo locales ⁊ circumscriptibiles sed non omni eodẽ modo quo creature corporee. Spũs autez increatus qui deus est in loco quidez ẽ ⁊ in omni loco / sed omnino inlocalis ⁊ incircumscriptibilis Unde beda super lucam ait. Cum ad nos angeli veniunt sic exterius implent ministerium. vt tamen ante deum interius per cõtemplationem assistant. quia et si angelus est spiritus circumscriptus. sũmus tamen spiritus qui deus est incircumscriptus est intra quem currit angelus quocũqz mittatur. Ecce hic dicitur. quia spũs angelicus circumscriptus est. Spirit? autem qui deus est incircumscriptus. Alibi etiam ambro. distantiam ostendens inter spiritum increatum et spiritum creatũ dicit. seraphim de loco ad locum transire inquiens ita in libro de trinitate. dixit isaias quia missus ẽ ad me vnus de seraphim Et spiritus qui / dez sanctus dicitur missus. ⁊ seraphim ad vnum. spiritus vero ad omnes. Seraphim mittitur in misterio spiritus operatur misterium. Seraphim de loco ad locum transit. Non enim complet omnia. sed ipse repletur a spiritu Hic aperte ostenditur q̃ ãgeli quodammodo locales sunt.

Beda.

Ambrosius.

Cum repetitione superiorũ cõfirmat autoritatibus deuz esse vbiqz sine locali motu.

Fateamur ita q̃ diuinam naturam pro immensitate sui nusquam de esse eamqz solam omnino inlocalem et omnino incircumscriptibilem. nullo modo concludi loco. sed a fine vsqz ad finem attingere. non tamẽ spacõsa magnitudine nec locali motu / sed immensitate atqz immobilitate sue essentie. Unde augustinus ad dardanum ait. Non quasi speciosa magnitudine opinemur deum per cuncta diffundi / sicut humus aut lux ista diffundi tur. sed potius sicut in duobus sapientibus quorum alter altero corpore grãdior est sed sapientior nõ est vna sapia

Aug.

est. nec est in maiore maior. nec in minore minor. nec minor in vno q̃ in duobus. ita deus sine labore regens et cõtinens munduz in celo totus est. in terra totus et in vtroq̃ totus. et nullo cõtentus loco. sed in seipso vbiq̃ totus. Idem quoq̃ super ps ait. Ad verbuz dei pertinet non esse in parte/sed vbiq̃ esse per seipsuz. hec em̃ est sapiẽtia dei que attingit a fine vsq̃ ad finem fortiter. nõ tamen motu locali sed immobilitate sui. velut si moles aliqua saxea impleat aliquem locum dicitur qõ attingit a fine illius loci vsq̃ ad finem. cũ tamen alterum non deserat alterum occupando. Non ergo habet motum localem verbum illud. ⁊ sapientia illa solida est et vbiq̃. Ex predictis innotescit/q̃ deus est ita vbiq̃ per essentiam q̃ nec spaciosa magnitudine diffundit nec vno deserto loco alium occupat. quia localez motum nõ habet. Ideoq̃ augustinus volens p̃cidere a dei puritate omnem localem motuz et localem circumscriptionem. potius dicit omnia esse in illo q̃ ipsum esse alicubi. nec tamen ipsum esse locum qui non est in loco in libro. lxxxiiij. questionum ita inquiens. deus non alicubi est/qõ alicubi est ꝓtinetur loco. quod continet loco corpus est. Deus autem non est corpus. non ergo alicubi est. et tamẽ quia est/et in loco non est. in illo sunt potius omnia q̃m ille alicubi. nec tamen ita in illo vt ipse sit locus. locus em̃ in spacio est quod longitudine et latitudine et altitudine corꝑis occupat. nec deus tale aliquid est et omnia. ergo in ipso sũt et locus non est/nec in loco est. locus tamen dei sed impropꝛie dicit templũ dei non q̃ eo cõtineatur. Id autem nichil melius q̃ anima munda intelligit. Ecce hic dicit deum non esse in loco. sed intelligendum est eum non esse in loco localiter scz quia nec circumscriptionẽ nec localem motum habet.

¶ Oppositio qua videtur ꝓbari q̃ deus mutetur loco.

Ad hoc autem solet opponi sic. Quotidie fiunt creature que ante non erant ⁊ in eis deus est. cũ ante non esset in eis. est ergo vbi ante ñ erat ideoq̃ mutabilis esse videtur. Ez licet quotidie incipiat esse in creaturis in quibus ante non erat. quia ille non erant. hoc tamen fit sine sui mutatione qualiter in mundo cepit esse quem fecit tamen sine mutabilitate et similiter desinit esse in quibus ante erat sine sui mutatione. nec tamen ipse deserit locum. sed locus desinit esse.

¶ Epilogus vbi exponitur quare in predictam venerit disputationem.

Jam sufficiẽter demonstratum esse videtur quomodo omnia dicantur esse in deo. et deus in omnibus/quam disceptationem quasi incidenter suscepimus quia id videbat postulare res circa quam noster versabatur sermo. disserebamus em̃ de sciẽtia siue sapientia dei. et cum doceremꝰ deum scire omnia quesitum est vtrum ꝓpter cognitionem quam de omnibus habet dicerentur omnia esse in deo an alia ratione hoc diceret scriptura. Huius ergo questionis occasio in premissã nos deduxit disputationem.

¶ Hic redit ad propositum repetens superiꝰ dicta vt addat alia

Nunc ergo ad propositum reuertentes cepto insistamꝰ. Supra dictuz est q̃ prescie tia dei futurorum tantũ est. sed omniũ tam bonorum q̃ malorum Scientia vero vel sapientia non modo de futuris/sed etiam de p̃sentibus et futuris. nec tantum de temporalibus/sed de eternis. quia seipsum nouit deus. ¶ Di. XXXVIII.

Questio an scientia vel presciẽtia sit causa rerum vel res sint causa prescientie.

Hic oritur questio non dissimulanda. vtruz scz scientia vl' prescientia sit causa rerum. an res sint causa scientie vel prescientie dei. Uidetur em̃ prescientia dei causa esse eoruz que ei subsunt ac necessitatem euenien di eis facere. quia nec aliqua futura fuissent nisi deus ea prescisset / nec possũt non euenire / cum deus ea presciuerit. Si autem impossibile est ea non euenire. quia prescita sunt Uidetur ergo ipsa prescientia qua prescita sunt eis esse causa eueniendi. Impossibile est ergo ea nõ euenire cum prescita sint. quia si non euenirent cum prescita sint fallere tur dei prescientia. At dei prescientia falli nõ potest. Impossibile est ergo ea non euenire cũ prescita sunt. Sic ergo prescientia causa eorum esse videt qua prescita sunt. Hoc idem et de scientia dicitur. scz q̃ quia deus aliqua nouit ideo sint. cui sententie augustinus attestari videt in quindecimo libro de trinitate sic dicens. Non ista ex aliquo tẽpore cognouit deus. sed futura omnia temporalia atq; in eis etiã quid et quãdo ab illo petituri fueramus et quos ⁊ de quibus rebus vel exauditurus vel non exauditurus esset. sine initio ante presciuit. Uniuersas autem creaturas et spirituales et corporales. non quia sunt ideo nouit. sed ideo sunt quia nouit. Non em̃ nesciuit que fuerat creaturus. quia ergo sciuit / creauit. nõ qz creauit / sciuit. nec aliter sciuit creata q̃z creanda Non em̃ eius sapie aliq̃d accessit ex eis. sz illis exñtibus sic̃ oportebat illa ⁊ qñ oportebat mãsit vt erat Uñ ĩ ecclesiastico. Antequã crearẽtur omnia / nota sunt illi / sic et post ꝯsummata sunt. Ecce his verbis videtur augustinus innuere scientiaz vel prescientiam dei causam esse eoruz que fiunt cũ dicit ideo ea esse quia deus nouit Idẽ quoq; in sexto libro dicere videtur Cũ inquit decedant et succedant tempora non decedit aliquid vel succedit vt sciẽtie dei in qua nouit omnia que fecit per ipsam non em̃ hec que creata sunt ideo sciunt a deo qz facta sunt. potius ideo facta sunt quia immutabiliter ab eo sciuntur. Et hic etiam significare videtur dei scientiam causam eoruz esse que fiunt dicens. non ideo deum ea nouisse. quia facta sunt. sz ideo facta sunt quia nouit ea deus. Ideoq; videtur dei sciẽtia vel p̃scientia causa esse eoꝝ q̃ nouit.

Quare scientia vel p̃scientia videt causa rerum.

Aug' auctoritates ꝓponit que videntur hoc asserere.

Inconuenientia ostendit que sequerentur si diceretur scientia vel prescientia causa omnium rerum que ei subsunt.

Quod si ita est. est ergo causa omnium maloruz. cũ omnia mala sciantur et presciantur a deo quod longe est a veritate. Si enim dei scientia vel prescientia causa esset maloꝝ. esset vtiq; deus auctor maloꝝ / qd penitus falsum ẽ. non ergo scientia vel prescientia dei causa est omuinm que ei subsunt.

Q̃ res future nõ sunt causa sciẽtie vel prescientie dei.

Neq; etiam res future causa sunt dei prescientie. licet em̃ non essent future nisi prescirentur a deo. non tamen ideo presciuntur / quia future sunt. Si em̃ hoc esset tunc eius quod eternum est aliquid existeret causa ab eo alienum. ab eo diuersum. ⁊ ex creaturis penderet prescientia creatoris. et creatũ causa esset increati. Origenes tamen super epistolam ad romanos ait. Non ꝓpterea aliquid erit. q̃a id scit deus futurum. sed quia futuruz est ideo scitur a deo antequã fiat. Hoc videtur premissis verbis augustini obuiare. Hic enim significari videtur / q̃

Hoc predictis videt contrarium.

res future causa sint prescientie. Ibi vero q̃ prescientia causa sit rerum futurarum.

¶Quid ex predictis tenendum sit cum determinatione autoritatum.

Hãc ergo que vi

detur repugnantiam de medio tollere cupientes/dicimus res futuras nullatenus causam esse prescientie vel scientie dei. nec ideo presciri vel sciri. quia future vl' facte sunt. ita exponentes qd̃ ait origenes. quia futurũ est ideo scit̃ a deo antequam fiat. i. quod futurum ẽ scitur a deo/antequam fiat. neq̃ scire tur nisi futurum esse vt non notetur ibi causa. nisi sine qua non fieret. Ita etiã dicimus scientiam vel prescientiam dei non esse causam eorũ que fiunt. nisi talem sine qua non fiunt. si tamen scientiam ad noticiam tantum referamus. Si vero nomine scientie includitur etiam beneplacitum atq̃ dispositio. tunc recte potest dici causa eorum que deus facit. Dis em̃ duobus modis vt superius pretaxatum est accipitur cognitõ vel scientia dei. scz ꝑ noticia sola. vel pro noticia simul et bñplacito. hoc modo forte accepit aug'. dicens Ideo sũt quia nouit. i. quia scienti placuit. ⁊ q̃a sciens disposuit Et hic sensus ex eo adiuuatur. quia de bonis ibi tantum agit augustinus scz de creaturis. de his que deus facit. que omnia nouit. non soluz scientia/sed etiaz beneplacito ac dispositione. Hic ergo ibi accipitur dei cognitio. vt non modo noticiã sed etiã beneplacitum dei significet. Mala vero scit deus/et prescit antequam fiant/sz sola noticia nõ beneplacito. prescit em̃ deus et predicit/etiam que non est ipe facturus sicut presciuit et predixit infidelitatem iudeorum sed non fecit. Nec ideo quia presciuit ad peccatum infidelitatis eos coegit. nec prescisset vel ꝑdixisset eorum mala/nisi essent ea habituri. Unde augustinus super iohannem. Deus inquit futurorum prescius per ꝓphetam predixit infidelitatez iudeorum sed nõ fecit. neq̃ prescisset mala eorum nisi ea haberent. Non enim ideo quenq̃ ad peccandum cogit. quia futura hominum peccata prenouit. illorum em̃ presciuit peccata nõ sua. Ido q̃ si ea que ille presciuit ipsorũ non sũt non vera ille presciuit. Sed quia illi' prescientia falli non potest sine dubio non alius sed ipsi peccant quos deus peccatores esse presciuit. ⁊ ideo si ñ malum/sed bonum facere voluissent/non maluz faduri ꝑuiderentur ab eo qui nouit quid sit quisq̃ facturus. Ex his verbis aperte ostenditur/si diligenter attendamus prescientiam dei non esse causam malorum que prescit quia non ea prescit tanq̃ fatur'. nec tanq̃ sua sed illorum qui sunt ea facturi vel habituri Presciuit ergo illa sola noticia non beneplacito autoritatis. Unde datur intelligi/q̃ deus econuerso prescit bona tanqnã sua/tanquã ea que facturus ẽ vt illa prescieda simul fuerint ipsius noticia et autoritatis beneplacitum.

Aug.

¶Contra hoc q̃ dictum est prescientiam dei non posse falli opinio.

Ad hoc autem

quod supra dictum est scz prescientiam dei falli non posse. solet a quibusdam ita opponi. deus presciuit hunc lectuz vel aliquid huiusmodi/sed potest esse vt iste non legat. ergo potest aliter esse q̃z deus presciuit. ergo potest falli dei prescientia quod omnino falsum est. potest equidem non fieri aliquid/et illud tamen prescitum est fieri. Non ideo tamen potest falli dei prescientia. quia si illud non fieret. nec a deo prescitum esset fieri. Sed adhuc vrient questionem dicentes. Aut aliter potest fieri q̃z de' presciuit/aut non aliter. Si non aliter ergo necessario cũcta eueniunt. Si vo

aliter. potest ergo dei prescientia falli vl' mutari. Sed potest aliter fieri. quia potest aliter fieri q̃ fiat. Ita autem fit vt prescitum est. aliter ergo fieri q̃ prescitum est.

Responsio.

Ad quod dicim⁹ illam locutionem multiplicem facere intelligentiam. s. aliter potest fieri q̃ deus presciuit. et huiusmodi. vt potest nõ esse quod deus presciuit. et impossibile est non esse quod deus presciuit. et impossibile est non esse prescita omnia que fiunt et huiusmodi. possunt em̃ hec coniunctim intelligi vt conditio sit implicita et disiunctim. Si enim ita intelligas nõ potest aliter fieri q̃ de⁹ presciuit. i. non potest vtrumq; simul esse. scz q deus ita presciuerit fieri / et aliter fiat / verum intelligis. Si autem p disiunctionem intelligas / vt dicas hoc aliter non posse euenire q̃ euenit. quomodo futurum deus presciuit falsum ẽ hoc em̃ aliter potest euenire q̃ euenit. et tamen deus hoc modo futurum presciuit. Similiter et alia determinatio. scz impossibile est illud non euenire qd̃ deus presciuit. vel cum deus prescierit si coniũctim intelligas verũ dicis. si disiunctim falsum. Ita etiam et illud Impossibile est nõ esse prescitum omne qd̃ fit. i. non potest esse vtrumq; simul. scz vt fiat et non sit prescitum. hic sensus verus est. Si vero dicis deum non potuisse non prescire omne quod fit falsũ est. potuit enim facere vt non fieret et ita non esse prescitum.

Vtrum scientia dei possit augeri vel minui. vel aliquo modo mutari. vtrumq; enim videtur posse probari.

O. XXXIX

Preterea q̃ri solet vtr̃ sciẽtia dei possit augeri vel minui vtrumq; enim videt posse probari. Q̃ diuina scientia possit augeri vel mutari hoc modo ꝓbatur. q̃a potest deus scire quod nunq̃ scit. Est enim aliquis qui non est lecturus hodie et tamen potest esse vt legat hodie potest enim hodie legere. Nichil autem potest fieri quod non possit a deo sciri. potest ergo deus scire hunc lecturũ hodie. potest ergo aliquid scire quod non scit. ergo potest eius scientia augeri vl' mutari. Eademq; videtur posse minui Est enim aliquis hodie lecturus quem deus scit lecturum. at potest esse vt nõ legat ergo potest deus nõ scire hunc lecturum. potest ergo non scire aliquid quod scit ergo potest minui eius scientia vel mutari.

Responsio cũ determinatõne

Ad quod dicem⁹ quia dei scientia omnino incommutabilis est nec augeri põt vel minui. Nã vt ait augustinus in. xv. li. de trinita. Aug. Scientia dei est ipsa sapientia. et sapientia est ipsa essentia siue substãtia dei quia nullius nature simplicitate mirabili non est aliud sapere aliud esse. sed quod est sapere hoc est et esse. Ideoq; nouit omnia verbum que nouit pater ꝑ ei nosse de patre est sicut esse. nosse em̃ et esse ibi vnum est. Et ideo patri sicut esse non est a filio. ita nec nosse. Proinde tanquam seipsuz dicens. pater genuit verbum sibi coequale per omnia. Non em̃ seipsum integre perfecteq; dixisset. si aliquid minus aut amplius esset in eius verbo q̃ in seipso. hoc est ergo omnino verbum qd̃ pater. non tamẽ est pater. qz iste filius ille pater Sciũt ergo inuicem pater et filius. sed ille gignendo ille nascẽdo. Et omnia q̃ sunt in eorum scientia / in eorum sapientia / in eorum essentia vnusquisq; eorum simul videt. non particulatim aut singulatim velut alternante conspectu hinc illinc et inde huc et rursum inde vl' ind̃

in aliud atq; aliud vt aliqua videre nõ
possit nisi non videns alia / sed omnia si
mul videt. quorum nullum est quod nõ
semp videat et sciat. Eius itaq; sciẽtia
inamissibilis et inuariabilis est. Nostra
vero sciencia et amissibilis et receptibi
lis est. quia nõ hoc est nobis esse quod
scire. Propter hoc sicut nostra scientia
illi scientie dei dissimilis est. sic et no/
strũ verbum quod nascitur de scientia
nostra dissimile est illi verbo quod natũ
est de patre scientia. Ex hac autoritate
clare ostendit scientiam dei omnino in
uariabilem esse sicut ipsa essencia dei
omnino inuariabilis est. et q̃ pater et
filius cũ spũsancto simul omnia sciunt ⁊
vident. Sicut ergo non potest augeri
vel minui diuina essentia. ita nec diui/
na scientia. et tamen conceditur posse
scire quod nõ scit. et posse non scire qd̃
scit. quia possz aliquid esse subiectum
eius scientie quod nõ est et posset non
esse subiectum aliquid quod est sine p/
mutatione ipsius scientie.

Oppositio an deus possit nouiter vel ex tempore scire vl̃ prescire aliquid.

Hic opponitur a quibusdã ita. Si deus potest aliquid scire vel prescire. quod nunquã sciuit. nec presciuit. Potest ergo ex tempore aliquid scire vel prescire. Ad quod dicimus potest quidem deus scire vel pscire. omne quod potest facere / et potest facere quod nunquam fiet. Potest ergo scire vel pscire quod nunq̃z fiet nec est nec fuit. nec illud scit nec nesciuit. neqz prescit vel presciuit. quia scientia eius non est nisi de his que sunt vel fuerunt vel erunt et prescientia non est nisi de futuris. Et licet possit scire vel prescire qd̃ nunq̃z est vel erit non põt aliq̃d scire vel prescire ex tempore. põt vtiqz scire vel prescire. quod nunquã est nec erit. nec illud scitum vel prescituz ẽ ab eterno. non tamen potest incipere scire vel prescire illud. sed ita potest modo scire vel prescire. sicut potest scisse vel prescisse ab eterno. Si em̃ dicas eũ modo posse scire vel prescire. quod ab eterno non sciuit vel presciuit. i. ita q̃ ab eterno non sciuerit vel presciuerit q̃ si vtrumqz simul esse posset falsum est. Si vero dicas eum posse modo scire vl̃ prescire quod ab eterno non sciuit vel presciuit. i. habere potentiam sciendi ⁊ presciendi ab eterno et modo aliquid nec illud tamen prescitum est vel futurum verum est. Non potest ergo nouiter vel ex tempore scire vel prescire aliquid sicut non potest nouiter vel ex tẽpore velle aliquid et tamen potest velle quod nunq̃z voluit.

Responsio.

Vtrum deus possit scire plura q̃z scit.

Itẽ a quibusdã dicitur deus posse plura scire q̃z sciat. quia potest scire omnia que scit. et põt aliqua facere que nunquam erunt. ⁊ illa potest scire. non enim aliqua incognita facere potest. Si vero omnia essẽt que modo sunt. et alia quedam faceret que non sunt / nec erunt et illa oia sciret. pfecto plura sciret q̃z modo sciat. nec tamen eius scientia augeri potest. quia hoc totum fieri posset sine mutabilitate scientie. Constat ergo dei scientiam omnino esse immutabilem. nec augeri posse vel minui / sed ei subiecta.

Quid videatur aduersum illi sententie qua supra dictum est deum semper ⁊ simul scire oia

Ei vero qd̃ prediction est. scz q̃ deus omnia semper videt. et simul videtur obuiare / quod ait hieronim⁹ in expositione abacuhc. Absurdum est inquit ad hoc deducere dei maiestatem / vt sciat per momenta singula quot culices nascantur / quo tue

Vero

moriātur. quotta pulicum et muscarū sit multitudo. quotue pisces natent in aquis. ⁊ similia. Non simus tam fatui adulatores dei. vt dum ꝓuidentiaz eiꝰ etiam ad ima retrudimus / in nosipsos iniuriosi simus. eandem irrationabiliū et rationabilium ꝓuidentiam esse dicē tes. Hic videtur dicere hieronimus ꝙ deus illorum minimorum scientiaz siue ꝓuidentiam non habeat. quod si hoc ē tunc nō omnia simul scit ⁊ semper. Ex tali itaqꝫ sensu illud dictum esse noueri mus vt deum illa alternatim vel parti culatim scire neget neqꝫ per diuersa tē porum momenta sic illa cognouit. sicut per varia momenta illorum quedaz de ficiunt. quedam incipiunt. Neqꝫ illis alijsqꝫ irrationalibus ita ꝓuidet quem admodum rationabilibus. Nunqt em̄ vt ait apostolus cura est deo de bobus et sicut non est cura deo de bobus. ita nec de alijs irrationabilibus. dicit tam̄ scriptura / quia ipsi est cura de omnibꝰ Prouidentiam ergo et curam vniuer / saliter de cunctis q̄ ꝯdidit. habet vt ha beat vnumquodqꝫ quod sibi debetur ⁊ ꝯuenit. sed specialem prouidentiā atqꝫ curam habet de rationabilibus de qui bus precepta tradidit. eisqꝫ recte viuē di legem prescripsit / ac premia ꝓmisit. hanc prouidentiam et curam de irratō nabilibus non habet. Ideo dicit apo / stolus quia non est cura deo de bobus. ꝓuidet tamen omnibus et curat. i. gu bernat omnia / qui omnibus solem su / um facit oriri / et pluuiam dat. Scit itaqꝫ deus quanta sit multitudo pulicū culicum / et muscarum / et piscium / et quot nascantur / quotue moriantur. sꝫ non scit hoc per momenta singula. im / mo simul et semp oīa. Neqꝫ ita scit vt eandē habeat ꝓuidētiā irrationabiliū et rōnabilium. i. vt eodem penitus mō ꝓuideat irrōnabilibus et rationabili / bus. Rationabilibus em̄ et precepta dedit. ⁊ angelos ad custodiā delegauit

Quō ꝑmissa verba Jero / nimi sint intel ligenda.

Breuis summa predictoꝝ cuz additione quorundam.

Simul itaqꝫ et immutabiliter scit deus omnia que fuerūt et sunt et erunt. tam bo na q̄ꝫ mala. prescit quoqꝫ omnia futu / ra tam bona q̄ꝫ mala. Predestinatio vero de bonis salutaribus est / et de ho minibus saluandis vt ait augustinus in libro de predestinatione sanctorum.

OI. XL.

Quid sit predestinatio. ⁊ in quo differat a prescientia.

Predestinatio ē gratie preparatio / que sine prescientia esse non potest. potest autem sine pre / destinatione esse prescientia. Prede / stinatione quippe deus ea presciuit que fuerat ipse facturus. sed presciuit deus etiam que non est ipse facturus. i. om / nia mala. Predestinauit eos quos ele / git reliquos vero reprobauit. i. ad mor tem eternam presciuit peccaturos.

An aliquis predestinatorum possit damnari vel reproborū saluari.

Predestinatorum nul / lus videtur posse damnari. nec repro / borum aliquis posse saluari Unde au gustinus in libro de correctione et gra / tia. In apocalipsi inquit dicitur. Te / ne quod habes ne alius accipiat coro / nam tuam. Si alius non est acceptur⁹ nisi iste perdiderit certus est electorum numerus. i. non potest augeri vel mi / nui. Ad hoc autem obijciunt quidam nitentes ꝓbare numerum electorū pos se augeri et minui. sic posset deus non apponere gratiam quibus apponit. et posset subtrahē quibus non subtrahit quod si fieret vtiqꝫ damnarētur. Pos sent ergo damnari isti qui tamen salua buntur. Posset itaqꝫ minui electorum numerus. Ita etiam posset augeri. q̄a

Aug.

Oppositio.

posset apponi gratia quibus non apponitur per quam saluarentur. Posset ergo saluari habita gratia. qui tñ sine ea dãnabuntur. posset itaq; augeri numerus electoꝝ. Quibus respondemus ex ea ratione dictum esse ꝛ verꝝ esse numerum electoꝝ non posse augeri vel minui. qꝛ non potest vtrumq; simul esse. scz vt aliquis saluetur ꝛ non sit predestinatus vel vt aliq̃s predestinatus sit ac damnetur. Intelligentia enim ꝓditionis implicite veritatem facit in dido/ꝛ impossibilitatẽ in vero. Si vero simpliciter intelligatur impossibilitas nõ admittitur. vt cũ dicitur predestinatus põt vel non potest damnari. ꝛ reprobus põt saluari. In his enim ꝛ huiusmodi locutionib̃ ex ratione dicti diiudicanda est sentẽtia dictionis. Alia nanq; fit intelligentia/si per ꝓiunctionem hec accipiant̃ dicta. atq; alia si p disiunctionẽ vt supra. cum de prescientia agebatur pretaxatum est. Si enim cum dicis predestinatus non potest dãnari intelligas ita. i. non potest esse vt predestinatus sit et damnetur/verum dicis. quia ꝓiunctim intelligis. falsum autem si disiunctim. vt si intelligas istũ non posse damnari. quem dico predestinatum. potuit enim nõ esse predestinatus. et ita damnaretur.

Quomodo adhuc instant questioni.

Verũtamen adhuc instant. et secundum coniũctionem argumentando ita ꝓcedunt. Non eñ inquiunt potest esse vt aliquis p̃destinatus sit et damnetur. Vtrumq; istoꝝ simul esse non potest. sed alterum horũ non potest non esse. scz quin iste sit predestinatus. ab eterno enim predestinatus est. ꝛ non potest modo non esse predestinatus. Cum ergo impossibile sit simul vtrũq; esse. ꝛ impossibile sit altez non esse. videtur non posse alterũ esse scz vt damnetur. Quod si est. ergo non potest esse vt non saluetur. In huius q̃stionis solutione. mallem alios audire q̃z docere. dicimus tamen de prescientia similem posse moueri questionem. Ideoq; tam hic q̃z ibi vnaz facimus responsionem dicentes determinandum fore illud cui innititur tota hec questõ scz impossibile est alterum istorum non esse scz quin iste modo sit predestinat̃ ab eterno enim iste predestinatus est. Distinguendum enim est cum ait Iste non potest modo non esse predestinat̃ vel non potest esse quin sit predestinat̃ hoc enim ꝓiunctim et disiunctim intelligi potest. Nõ enim potest esse vt ab eterno sit predestinatus et modo non sit predestinatus nec potest esse simul vt sit predestinatus et non sit predestinatus. sed tamen potuit esse ab eterno q̃ non esset predestinatus. et potuit ab eterno non esse predestinatus. et sicut ab eterno deus potuit eum non p̃destinare. ita ꝓceditur a quibusdam q̃ et modo potest deus eum non predestinasse. ab eterno ergo potest deus non predestinasse eum. ergo potest iste non fuisse predestinatus. Si vero non fuisset predestinatus. nec modo esset predestinatus ergo modo potest non esse predestinatus. Ita et de prescientia ꝛ de prescitis dicunt quod in actionib̃ vel in operationibus dei et hominum nullatenus ꝓcedunt. Ex quo enim aliquid factum est uel dictum non concedunt q̃ possit non esse vel non fuisse immo impossibile est non esse vel non fuisse quod factum est vel dictum referentes possibilitatem vel impossibilitatez ad naturam rei existentis. Cum vero de prescientia vel de predestinatione dei agitur possibilitas vel impossibilitas ad potentiam dei refertur que semper eadem fuit et est. quia predestinatio prescientia potentia vnũ in deo est

Solutõ ĩ qua vellet magis alios audire q̃ docere.

Quid sit reprobatio dei/ꝛ in quibus consideretur. ꝛ quis sit predestinationis effectus.

Cunqz predesti natio sit gratie preparatio .i. diuina electio qua elegit quos voluit ante mũ di ꝯstitutionem vt ait apostolus repro batio econuerso intelligenda est presci entia iniquitatis quorundã et prepara tio damnationis eorundem Sicut em̃ predestinatõnis effectus illa gratie est qua in presenti iustificamur atqz ad re cte viuendum et in bono ꝑseuerandũ adiuuamur et illa qua in futuro beatifi cabimur. ita reprobatio dei / qua ab et̃ no non eligendo quosdam reprobauit secundũ duo consideratur / quorum al terum prescit et nõ preparat .i. iniqui tatem. alterum prescit et preparat scz eternam penaz Unde augustinus ad ꝓ sperum et hilariũ hec inquit regula in concusse tenenda est peccatores in pec catis prescitos esse non p̃paratos. pe nam aũt esse preparataz. Preparauit em̃ deus vt ait aug⁹. in libro de bono perseuerantie in presciẽtia sua / quibus voluit bona sua. et quibuscunqz donat ꝓculdubio se donaturum esse presciuit Preparauit etiam deus vt ait fulgen tius malis ignem eternum / illis utiqz quos iuste preparauit ad luenda sup plicia. nec tam̃ preparauit ad facienda peccata. Preparauit enim deus qđ diuina equitas redderz. non qđ huma na iniquitas admitteret Non em̃ sicut p̃parauit sanctos ad iusticiam ꝑcipien dam sic preparauit iniquos ad iusticiã amittendam. quia prauitatis prepara tor nunquam fuit. Sicut ergo predesti natio dei ꝓprie est prescientia ⁊ prepa ratio beneficiorum dei quibus certissi me liberant̃ / quicũqz liberantur. ita re ꝓbatio dei est prescientia malicie in q̃ busdam non finiende. ⁊ preparatio pe ne non terminande. Et sicut p̃destina tionis effect⁹ est gratie oppositio. ita re probatõis eterne quodãmodo effectus esse videtur obduratio. Nec obdurat deus vt ait aug⁹. ad sixtum imptien do maliciam / ꝑ non impartiendo gra tiã sicut nec digni sunt. Quibus enim non impartitur. nec digni sunt nec me rentur. potius vt non imptiatur hic di gni sunt hic merent̃. Un̄ apostolus ait cuius vult miseret̃ deus. ⁊ quem vult indurat. misericordiã appellans prede stinationẽ. ⁊ precipue predestinationis effectum. i. gratie appositionem. obdu rationem vero gratie priuationẽ. Nõ enim vt ait augustinus ad simplicianũ intelligendum est ꝙ deus ita induret q̃ si quenquã peccare coget. sed tñ qui busdam peccatoribus misericordiam iustificationis sue non largit̃. et ob hoc eos obdurare dicitur. quia non eorum miseretur. non quia impellit vt peccẽt eorum autem non miseretur. q̃bus gra tiam non esse prebendam equitate oc cultissima et ab humanis sensibus re motissima iudicat quã non aperit / sed miratur apostolus dicens. O altitudo diuitiaꝝ sapientie et scientie dei.

Hic dicit q̃d sit p̃destinatõ nis effectus.

Hic ꝑm que ꝯ sideret̃ repro batio.

Aug.

Aug.

Fulgentius.

Aug⁹ in li. de bono ꝑseuerã cie.

Qđ obdura tio quodãmo do effectus sit reprobatõis.

Aug⁹ qũo di catus de⁹ ob durare.

Utrum aliquid sit meritũ ob durationis ⁊ misericordie.

DI. XLI.

Si autem querimus merituz ob durationis et miseri cordie. obdurationis meritũ inueniemus. misericordie autẽ merituz non inuenimus. qz nullum est misericordie meritũ. ne gratia vacue tur si non gratis donetur sed meritis redditur. Miseret̃ itaqz scz gratiaz q̃ gratis datur. obdurat aũt secunduz iu dicium quod meritis redditur. Unde datur intelligi vt sicut reprobatio dei est nolle misereri. ita obduratio dei sit non misereri vt non ab illo irrogetur aliquid quo fit homo deterior. sed tan tum q̃ sit melior non erogetur. Ex his aperte ostenditur quid misericordiam quid obdurationem intellexerit aposto lus. et quia misericordia nullum ad uocat meritum. obduratio vero non est sine merito. et misericordie verbo quod hic accipitur predestinatio. et precipue predestinationis effectus.

Hic sũmatim colligit p̃di cta vt addat alia.

obdurationis vero non ipsa dei eterna reprobatio. quia eius nullum ē meritum / sed gratie p̄uatio siue subtractō que quodāmodo est reprobationis effectus. Accipitur tamen aliquando reprobatio ꝓ obduratione. sicut et predestinatō suo pro effectu qui est gr̄a apposita. Gratia enim que apponitur effectus est predestinationis. Cum ergo gratie que apponitur homini ad iustificationem / nulla sint merita. multo minus et ipsius p̄destinationis qua ab eterno elegit deus quos voluit aliqua p̄nt existere merita. Ita nec reprobatōnis qua ab eterno quosdam presciuit futuros malos et damnandos. sicut elegit iacob et reprobauit esau quod non fuit pro meritis eorum que tunc haberent. quia nulla habebant. quoniam nec ipsi existebant. nec propter futura merita que preuideret vel illum elegit vel illū reprobauit.

Exemplū ponit de iacob ⁊ esau dicēs qd̄ nec illuz elegit nec illū reꝓbauit deus ꝓ meritis

Opinio quorundam in qua fuit aliquando augustinus / sz postea retractauit.

Opinati sunt tamen quidam deum ideo elegisse iacob quia talem futurum presciuit qui in eū crederet / et ei seruiret. quod aliquando augustinus se sensisse dicit in libro retractationum. vbi aperte ostendit ꝙ si ꝓpter futura merita electus essz. iam non ex gratia esset electio. Non ergo ideo electus ē a deo. quia talis futur⁹ erat. sz ex electione talis est factus ita dicēs disputans quid elegerit deus in nondū nato cui dixit seruiturū esse maiorem. ⁊ quid in eodē maiore similiter nondū nato reprobauerit ad hoc perduxi ratiocinationē vt dicerem. Non ergo elegit deus opera cuiusquā in prescientia que ipse daturus ē. sed fidem elegit in prescientia. et quem sibi creditur̄ esse presciuit. ipsum elegit cui spiritum sanctū daret vt bona operando / etiā eternam vitam ꝯsequeretur.

Aug⁹ in libro retractationū

Ex planat sententiam predictorum verborum.

Ecce hic aperte dicit. non ꝓpter opera eum elegisse. ꝑ propter fidem qua eum preuidit crediturum. sed quia et infide meritum est sicuti et in operibus / hec retractauit dicens. Nondum diligentius quesiueraz nec adhuc inueneram qualis sit electio gratie de qua dicit apostolus. Reliquie per electionem gratie salue fient. que vtiqz non ex gratia sed ex meritis ꝓcedit. vt iam quod datur / non secūdum gratiam. sed scd̄m debitum sibi reddatur potius meritis q̄z donetur. ꝓinde quod continuo subiunxi. Dicit em̄ idem apostolus. Idem deus q̄ operatur omnia in omnib⁹. Nusq̄z autē dictum est. Deus credit oīa in omnibus ac de inde subiunxi. Quod ergo credimus nostrum est. quod vero bonū operamur illius est qui credētibus dat spiritum sanctum. ꝓfecto non dicerem si iā scirem. etiam ipsam fidez inter dei munera reperiri que dantur in eodem spiritu. Vtrūqz ergo nr̄m est propter arbitrium voluntatis. et vtrūqz datum ē per spūm fidei et caritatis. Et ꝙ paulo post dixi. Nostrum em̄ est eum credere et velle. Illius autem dare credentibus ⁊ volentib⁹ facultatē bene operādi per spūm sanctum per quem caritas dei diffunditur in cordibus nostris. verum est quidem. ꝑ eadem regula vtrūqz ipsius est. quia ipse preparat voluntatem. et vtrūqz nostrum / quia non fit nisi volētibus nobis. ergo et meritum fidei de misericordia dei venit. Nō ergo ꝓpter fidem vel aliqua merita elegit deus aliquos ab eterno. vel apposuit gratiam iustificationis in tpe / sed gratuita bonitate sua elegit vt boni essent. Unde aug̃. in libro de predestinatione sanctorū. Non quia futuros nos tales esse presciuit ideo elegit. sed vt essemus tales ꝑ ipsaz electōez gr̄e sue. q̄ gratificauit nos in dilecto filio suo.

Retractatio.

Aug̃.

His videtur contrariuz quod alibi ait augustinus.

Aug.

His tamē aduersari videtur quod dicit augustinus sup malachiam ꝓphetam vbi scriptum est. iacob dilexi. esau aūt odio habui. Cui vult inquit miseret deus. Et q̄z vult indurat. sed hec voluntas dei iniusta esse non potest. Venit enim de occultissimis meritis. quia et ipsi peccatores cū ꝓpter generale peccatum vnam massam fecerunt. tamen nonnulla inter eos diuersitas. Precedit ergo aliquid in peccatoribus / quo quamuis nondum sint iustificati. digni efficiatur iustificacione. Et item precedit in alijs peccatoribus quo digni sunt obtusione. Ecce hic videtur augustinus dicere. q̄ et ipsa dei voluntas qua alios eligit. alios reprobat ex meritis proueniat. sed occultissimis. i. q̄ ꝓ meritis alios voluerit eligere. alios reprobare. et q̄ ꝓ meritis alijs apponitur gratia iustificationis alijs non. vnde obtundunt. Sz quid intelligere voluerit ignoratur nisi forte hoc dicat intellexisse qd supra diximus eum retractasse. Nam ibidez etiam quedam alia continue subdit. q̄ in libro retactationis aperte retractat q̄ vtrumq̄z legenti patebit. Vnde verisimile est in premissis etiam hoc retractasse. Quidam tamē ex eo sensu accipiunt fore dictum. non quia aliquis predestinetur pro meritis vel iustificationis gratiam mereatur. sed quia aliqui non adeo mali sunt vt mereantur sibi gratiam non imptiri. Nullus enim dei gratiam mereri potest per quā iustificatur. potest tamen mereri vt nō apponatur vt penitus abijciatur. et quidem aliqui in tantum profundum iniquitatis deuenerunt vt hoc mereantur vt hoc digni sint alij vero ita viuunt vt et si nō mereantur gratiam iustificationis nō tamen merentur omnino repelli et gratiam sibi subtrahi. Ideoq̄z dixit in quibusdam precedere quo digni sint iustificatione et in alijs quo digni sint obtusione sed hoc friuolum est.

Pōt dici hoc retractasse.

Pōt tñ ex tali sensu dictuz intelligi.

Opinio quorundam falsa de oculis dei disserentiū carnalit.

Aug' de verbis apli.

Multi vero de isto profundo querentes reddere rationem atq̄z secundum coniecturas cordis sui inscrutabilem altitudinem iuditioꝝ dei cogitare conantes. in fabulas vanitatis abierunt dicentes. q̄r anime sursum in celo peccant. et secundum peccata sua ad corpora pro meritis dirigūtur. et dignis sibi quasi carceribus includuntur. Jerunt hi tales post cogitationes suas. et volētes disputare de di profundo versi sunt in profundum dicētes. animas in celo ante conuersatas. et ibi aliquid boni vel mali egisse. et ꝓ meritis ad corpora terrena detrusas esse. hoc autem respuit catholica fides propter euidentem apostoli sententiaz qua ait. cum nondum nati essent. aut aliquid boni vel mali egissent ꝛc. Melior est ergo fidelis ignorantia. q̄z temeraria scientia. elegit ergo quos voluit gratuita misericordia. non quia fideles futuri erant. sed vt fideles essent eisq̄z gratiam dedit. non quia fideles erant sed vt fierent. Ait em̄ apostolus. Misericordiam consecutus sum vt fidelis essem. non ait quia fidelis eram. datur quidem et fideli. sed data est etiam prius vt esset fidelis. Ita etiam reprobauit quos voluit. non propter futura merita qui preuideret. veritate tamen rectissima. et a nostris sensibus remota. Sed queritur vtrum sicut dicitur elegisse quosdam vt boni fierent et fideles. ita etiaz ꝯcedi debeat reprobasse quosdam vt mali essent. et infideles et obdurare vt peccent quod nullatenus concedi oportet. Non enim reprobatio ita ē causa mali sicut predestinatio causa boni. neq̄z obduratio ita facit hominē malum. quemadmodum misericordia facit bonum.

Aug' in libro retractationū

Questio.

An ea que semel scit deus vel prescit semper sciat. et presciat. ⁊ semp̄ scierit ⁊ prescierit.

Preterea cōside rari oportet. vtrum ea omīa que semel scit vel prescit deus semper sciat. ⁊ scierit ac presciat et prescierit. an olim scierit vel prescierit. quod modo non scit vel prescit. de prescientia p̄mo respondemus dicentes multa eum prescisse q̄ modo nō prescit. cum em̄ eius prescientia non sit nisi de futuris. ex quo illa que futura erant presentia fiunt. vel p̄tereunt. sub dei prescientia esse desinunt. sub scientia vero semp̄ sunt. presciuit ergo deus oīa ab eterno que futura erant. neq̄ prescire desinit nisi cū futura esse desinūt. neq̄ cum prescire desinit aliqua q̄ ante presciebat min⁹ ea noscit. q̄ ante cognoscebat. Non em̄ dicitur ex defectu scientie eius q̄ aliqua prescierit aliqñ/ quomodo non presciat sed ex ratione verbi quod est prescientia. Prescire em̄ est ante scire q̄ fiat aliquid. Ideoq̄ non potest dici deus p̄scire. nisi ea que futura sunt.

De prescientia p̄us rñdet dicēs deū nō semp̄ prescire q̄ olim presciuit.

Hic de scientia dicēs deū semper scire que semel scit.

De scientia aūt aliter dicimus. Scit em̄ deus semper omnia que aliqñ scit. omnē enim scientiam quā aliquando habet. semper habuit habet et habebit. Ad hoc aūt opponitur ita. Olim sciuit hunc hominez nasciturum qui natus est. modo nō scit eum nascituꝝ. Sciuit ergo aliquid q̄d modo non scit. Item sciuit mundū esse creandū. modo non scit eū esse creandū aliquid ergo sciuit q̄d modo non scit. et alia huiusmodi infinita induci p̄nt. Sz ad hoc dicimus. q̄z idem de natiuitate huius homīs et mundi creatione. nunc etiā scit que sciebat antequā fierēt. licet tunc et nūc hanc scientiā eius diuersis exprimi verbis oportet. Naz quod tunc futuꝝ erat nunc preteritū ē. Ideoq̄ verba commutanda sunt ad ipsum designandum. Sicut diuersis tēporibus loquentes eandem diez modo per hoc aduerbium cras designamus. dum adhuc futura est. modo per hodie dum p̄sens est. modo per heri dum preterita est. Ita añquā crearetur mūdus sciebat deus hunc creandum. postquaz creatus est scit eum creatū. nec est hoc scire diuersa. sed omnino idem de creatione mundi sicut antiqui patres crediderunt xp̄m nasciturum et moriturum nos autem credimus eum natū et mortuum. nec tamen diuersa credimus nos et illi sed eadem. Tempora enim vt ait augustinus variata sunt. ⁊ ideo verba sic mutata non fides. Indubitanter ergo teneamus deum semper omnia scire que aliquando scit.

Oppositio.

Solutio.

Aug.

De omnipotentia dei vbi pri⁹ cōsideratur quare dicatur omnipotens.

Nunc de omnipotentia dei agenduz est vbi prima consideratio occurrit quomodo vere deus dicatur omnipotens. an quia omnia possit. an tantuz quia ea possit que vult. Q̄ enim deus omnia possit pluribus autoritatib⁹ comprobatur. Ait enim augustinus in libro questionum veteris ac noue legis Omnia quidem potest deus sed non facit nisi quod conuenit veritati eius et iusticie. Idem in eodem. Potuit de⁹ cuncta facere simul/ sed ratio prohibuit. i. voluntas. Rationez nempe ibi voluntatem dei appellauit. quia dei volūtas rationabilis est et equissima. Fatēdum est ergo deum omnia posse.

DI. XLII.

Aug.

Quomodo dicatur deus omnia posse. cum nos multa possumus que ipse non potest.

Sed queritur quo modo omnia posse dicatur / cum nos quedam possimus que ipse nō potest. Nō enim potest ambulare loqui et huiusmodi / que a natura diuinitatis sunt penitus aliena / cum horum instrumenta nullatenus habere queat incorporea et simplex substantia. Quibus id respondendū arbitror quod huiusmodi actiones ambulatio. scilicet et locutio et huiusmodi a dei potentia aliene non sunt. sed ad ipsam pertinent. Licet enim huiusmodi actiones in se deus habere non possit. non enim potest ambulare vel loqui et huiusmodi. eas tamen in creaturis potest operari facit enim vt homo ambulet et loquatur et huiusmodi. Non ergo per istas actiones diuine potentie detrahitur aliquid quia et hoc potest facere omnipotens. Sed sunt alia quedam que deus nullatenus facere potest vt peccata Non enim potest mentiri. non potest peccare. sed non ideo omnipotentie dei in aliquo detrahitur vel derogatur. si peccare non posse dicitur. quia non esset hoc potentie sed infirmitatis Si enim hoc posset omnipotens non esse. Non ergo impotentie sed potentie imputandum est quod ista non potest. Unde augustinus in quindecimo libro de trinitate. Magna inquit dei potentia est non posse mentiri. Sunt enim quedam que in aliis rebus potentie deputanda sunt. In aliis vero minime. et que in aliis laudabilia sunt / in aliis vero reprehensibilia sunt Non ergo ideo deus minus potens est quia peccare non potest. cum omnipotēs nullatenus possit esse qui hoc pōt. Sunt etiam et alia quedam que deus nō potest. vnde videtur non omnia posse nō enim potest mori vel falli Unde augustinus in libro de simbolo. deus omnipotens non potest mori. non potest falli. non potest miser fieri. non potest vinci. hoc vtique et huiusmodi absit vt possit omnipotens. Si enim huiusmodi passionibus atque defectibus subiici posset omnipotens minime foret. Et inde mōstratur omnipotens / quia ei hec propinquare non valent. potest tamen hec et in aliis operari.

Responsio.

De aliis obicitur.

Soluit.

Aug.

Item de aliis opponit.

Aug.

Quod omnipotentia dei secundum duo consideretur.

Hic ergo diligenter considerantibus omnipotentia eius secundum duo apparet. scilicet quod omnia facit que vult. et nichil omnino patitur. Secundum vtrumque deus omnipotens verissime predicatur. quia nec aliquid est quod ei ad paciendum corruptionē inferre valeat. nec aliquid ad faciendum impedimentum afferre. Manifestum ē itaque deum omnino nichil posse pati et omnia facere posse. preterea sola quibus eius dignitas lederetur. eiusque excellētie derogaretur. in quo tamen non est minus omnipotens Hoc enim posse nō esset posse sed nō posse. Nemo ergo deum impotentem in aliquo dicere presumat qui omnia potest que posse potētie est et inde vere dicitur omnipotens

Quibusdam autoritatibus traditur quod dicitur omnipotens. quia potest quidquid vult.

Ex quibusdam tamen autoritatibus traditur ideo vere dici omnipotens. quia quidquid vult potest. Unde augustinus in encheridion. Non ob aliud veraciter vocatur omnipotens nisi quoniam quidquid vult potest. nec voluntate cuiuspiam creature voluntatis omnipotentis impeditur effectus. Idem in libro de spiritu et littera. non potest deus facere iniusta. quia ipse est summa iusticia et bonitas. Omnipotens vero est. non quod possit omnia facere. sed quia potest efficere quidquid vult. ita vt nichil valeat eius voluntati resistere quin compleatur aut aliquo modo impedire eandem. Johannes crisostomus in omelia quedam de exposi

Aug.

Jo. Criso.

tione simboli ait. Omnipotens dicitur deus quia posse illius non potest inuenire non posse. dicente propheta. omnia quecũq; voluit fecit. Ipse est ergo omnipotens / vt totum quod vult possit. Unde apostolus. eius inquit voluntati quis resistit? Vis autoritatib⁹ videtur ostendi q̃ deus ex eo tantum dicatur omnipotens q̃ omnia potest que vult. non quia omnia possit

Determinatio premissarũ autoritatum.

Sed ad hoc pōt

dici q̃ augusti. vbi dicit omnipotens ñ dicitur q̃ omnia possit ꝛc̃. tam ample ꝛ generaliter acceptt omnia vt etiam mala includeret que deus non potest. nec vult. Non ergo negauit eum posse omnia que conuenit ei posse Similiter cũ dicit. non ob aliud veraciter dicit omnipotens, nisi qm̃ quidquid vult potest non negat eum posse etiam ea que non vult. sed aduersus illos q̃ dicebant deum multa velle que non poterat / affirmat eum posse quidquid vult. Et ex eo vero dici omnipotentem. non ob aliud quia potest quidq̃d vult Sed caue quomodo itelligas / potest quidquid vult. an quidquid vult se posse an quidquid vult facere. an quidquid vult fieri. Si enim dicas ideo omnipotentem vocari. quia potest quidquid vult se posse. ergo et petrus similiter omnipotẽs dici potest / vel quilibet sanctorum beatorum. quia potest quiquid vult se posse. et potest facere quidq̃d vult facere. Non enim vult facere nisi quod facit. nec posse nisi quod potest / sed non pōt facere quidquid vult fieri. Vult enim saluos fieri qui saluandi sunt. verumtamen eos saluare non valet. deus autem quidq̃d vult fieri potest facere. Si em̃ vult aliquid fieri per se. potest illud facere per se. ꝛ per se facit. sicut celum ꝛ terram per se fecit. quia voluit. Si autem vult fieri per creaturam et per eã operatur. sicut per homines facit domꝰ et huiusmodi artificialia. et deus quidem ex se et per se potest. Homo autẽ vel angelus quantumcũq; beatus est / nõ ẽ potens ex se vel per se.

Quõ itelligẽdũ sit quidq̃d vult.

Oppositio.

Sed forte dices

nec dei filius potest a se. nec spiritussãctus / sed solus pater. Ille enim potest a se qui est a se. filius autem quia non ẽ a se. sed a patre. nec potest a se sed a patre. et spiritussanctus ab vtroq;.

Solutio.

Ad quod dicim⁹

quia licet filius non possit a se. nec operetur a se. potest tamen ꝛ operatur a se sicut et spiritussanctus. Unde hilarius in libro nono de trinitate. Nature inquit cui cõtradicis heretice hec vnitas est / vt ita p se agat filius. ne a se agat et ita non a se agat. vt per se agat. per se autem dicitur agẽ et potens esse q̃ naturalem habet potentiam eandem quam et pater qua potens est et operatur. sed quia illam habet a patre. non a se. ideo a patre non a se dicitur posse ꝛ agere. Homo autẽ vel angelus gratuitam habet potentiam qua potens ẽ

Hylarius.

Hic vere ostenditur quare deꝰ omnipotens dicatur.

Ideo ergo vere

ac ꝓprie deus trinitas omnipotens dicitur. quia per se. i. naturali potentia potest quidquid vult fieri. et quidquid vult se posse. Nichil enim vult fieri q̃ non possit facere per se / vel per creaturam. et nichil vult se posse quod non possit. et omne quod vult fieri / vult se posse sed non omne quod vult se posse vult et fieri. Si enim vellet et fieret.

qz voluntati eius nichil resistere pōt.

Opinio quorundam dicentiū deū nil posse nisi quod facit.

DI. XLIII.

Quidam tñ de suo sensu gloriantes / dei potentiā sub mensura coartare conati sunt. Cum enim dicunt. huc usqz potest deus. et non amplius quid hoc est aliud qz eius potentiam que infinita est ꝓcludere et restringere ad mēsuram. Aiunt eñ non potest deus aliō facere qz facit. nec melius facere id qō facit. nec aliqd pretermittere de his q̄ facit. Istamqz p̄mam suam opinionem verisimilibus argumentis causisqz commenticijs. necnon et sacraꝝ autoritatū testimonijs munire conantur dicentes.

Ratio illorū prima.

Non potest deus facere nisi quod bonum et iustum fieri. non est autem iustum et bonum fieri ab eo nisi quod facit. Si enim aliud iustum est et bonum eum facere q̄z facit. non ergo quod facit omne iustum est et bonum est eū facere. sed quis audeat hoc dicere.

Secūda ratio.

Addunt etiam. non potest facere nisi quod iustitia eius exigit. sed non exigit eius iustia vt faciat nisi quod facit. non ergo potest facere nisi quod facit. Eademqz iusticia exigit. vt et id nō faciat quod non facit / non autem potest facere contra iusticiam suam. non ergo potest aliquid eorūz facere que dimittit.

Rñsio ad prius dictum.

His autem respondemus duplicem verborūz intelligentiam aperientes. et ab eis involuta euoluentes sic. non potest deus facere nisi quod bonuz est et iustum. i. non potest facere nisi illud. quod si faceret bonum et iustum esset / verū est. ꝫ multa potest facere que non bona sunt nec ista. quia nec sunt / nec erūt. nec bene fiunt / nec fient. quia nunquam fiēt.

Rñsio ad id qō secūdo dictum est.

Item quod secundo ꝓpositum fuit non potest facere nisi quod iusticia sua exigit. et non potest id facere quod iusticia sua exigit vt non fiat. dicimus q̄a exactionis verbum de deo congrue non dicitur. nec ꝓprie accipitur. z in illis locutionibus duplex est sensus. Si enim intelligas non potest facere nisi qō sua iusticia exigit. i. ñ q̄ volūtas sua iusta vult / falsum dicis. Iusticia eñ ipsius dei equissima voluntas accipitur. qualiter accipit augustinus illa verba domini in genesi loquentis ad loth. Non possum quicquā facere donec illo intro eas exponens non posse inquit se dixit quod sine dubio poterat per potentiā / sed non poterat per iusticiam / quasi poterat quidem / sed non volebat. et illa voluntas iusta erat. Si vero per hec ꝟba intelligis eum non posse facere nisi illud. quod si fieret iusticie eius conueniret. verū dicis. Similiter distingue illud. Non potest facere quod iusticia sua exigit. vt non faciat. i. nō potest facere id quod ipse qui est summa iustitia non vult facere falsum est. Si autē his verbis intelligas eum non posse facere id quod iusticie eius cōuenire non potest / verum dicis. Addunt quoqz et alia dicentes / nō potest deus facere nisi quod debet. non autem debet facere nisi quod facit. Si enim debet alia facere. non ergo facit omne quod debet. Si vero facit omne quod debz. nec potest facere nisi quod debet. nō ergo potest facere nisi quod facit. Itez aut debet dimittere quod dimittit ne faciat. aut non debet. Si non debet non recte dimittit. Si vero debet dimittere. ergo non debet facere. Si autem non debet. nec decet. nec oportet eum facere et si non decet. nec oportet eum facere ergo non potest facere. non ergo potest facere nisi quod facit. nec potest illō dimittere quod facit quin faciat. quia debet illud facere. et quod debet facere. nō pōt illud dimittere. Sed vt michi videtur hoc verbum debet venenum habet. Multiplicem enim et inuolutam continet intelligentiam. nec deo ꝓprie competit qui non est debitor nobis / nisi forte ex promisso. Nos vero ei debitores sumus ex commisso. Ut autem

Mercia illorū ratio.

Responsio.

venenum euacuetur distingue verbi sē sus. Non potest deus facere nisi quod debet. i. ñ quod vult/falsum ē. Dic em̄ potest ipe dici debere aliq̄d quia vult illud. Si autem dicatur non potest nisi quod debet idest non potest nisi illud quod si faceret ei bene ꝓueniret verum est. Addūciunt vero illi dicentes. nichil facit aut dimittit nisi optima et ratio/nabili causa/licet nobis occulta sit se/cundum quam oportet eum facere aut dimittere que facit vel dimittit. Ra/tio enim penes eum est qua illa facit ⁊ illa dimittit. que ratio eterna est et sem/per manens preter quam non pōt ali/quid facere vel dimittē. Illa ergo ma nente non potest quod facit dimittere. nec quod dimittit facere. et ita non po test farere nisi quod facit. Et ad hoc re spondemus ambiguitatem locutionis determinantes. Cum enim dicitur ra tio vel causa optima penes deum est/qua facit cuncta que facit. et dimittit ea que dimittit. verum quidem est. q̄a in eo voluntas est equissima et rectissi/ma que facit et dimittit que vult/con tra quam facere non potest. nec preter eam facere potest. Nec vtiq̄ contra eā faceret. nec preter eam si ea que facit dimitteret/vel q̄ dimittit faceret. ſz ea/dem manente ratione et causa alia po/tuit facere. et ista dimittere. Licet er/go ratio sit penes eum qua alia facit et alia dimittit. potest tamen secundū eā/dem rationem et dimittere que facit. ⁊ facere que dimittit. Ipsi autem addūt Ratio est eum facere que facit. et non alia. ⁊ non potest facere nisi quod ratio est eum facere. et ita non potest facere nisi quod facit. Item ratio est eum di/mittere que dimittit. et non potest non dimittere. quod ratio est eum dimitte/re. et ita non potest nō dimittere quod dimittit. ⁊ ad hoc dicimus locutiones ambiguas esse. et ideo determinandas Si enim cum dicitur non potest facere nisi q̄d ratio est eu⁊ facere intelligas eū non posse facere nisi ea que rationabi/lia sunt. et ea que si fierent rationabilia essent. verus est sensus. Si autem in/telligas eum non posse facere alia ratio nabilia ⁊ bona. nisi ea que vult ⁊ facit falsus est intellectus. Item aliud adiun gunt dicentes. Si potest deus aliud fa cere q̄ facit. potest ergo facere q̄d non prescivit. et si potest facere que non p/scivit. potest sine prescientia operari. quia omne quod facturum se prescivit facit. nec facit aliquid quod non presci uit. Quod si preter scientiam eius ali/quid fieri impossibile ē. omne ergo q̄d prescitum est fieri. necesse est ergo aliq̄d fieri q̄ sit nulla ratione possibile est. nō ergo potest a deo fieri nisi quod fit.

Quarta illo⁊ ratio.

Rñsio.

Adhuc addūt questionem.

Alia illo⁊ rō.

Hec questio ex predictis faci/le determinatur.

Hec autem que stio de prescientia facile determinari po test per ea que superius dicta sunt cum de prescientia ageretur. Autoritatibus vtuntur in assertionem sue opinionis his illi scrutatores qui defecerunt scru tantes scrutinia sanctorum annectunt te stimonia. Dicit enim augustinus in li/bro de simbolo. Hoc solum non potest deus quod non vult. per quod videtur non posse facere aliquid/nisi quod vult sed non vult nisi quod facit. et ita vide tur non posse nisi quod facit. Illud aūt ita intelligendū est. Id soluz nō potest deus quod non vult sc⁊ se posse. Idem in septimo libro psal. ad deum loquēs ait. Ne cogeris inuitus ad aliquid. q⁊ voluntas tua non est maior q̄ potentia esset autem maior. si teipso tu ipe ma/ior esses. Ex hoc videtur q̄ deus non possit plura q̄ vult. sicut non vult plu/ra q̄ potest. Sicut enim voluntas non est maior potentia. ita nec potentia ma ior est voluntate. Ideoq̄ sicut plura nō vult q̄ potest. ita eum non plura pos/se q̄ velle dicunt. Sed ad hoc dicim' quia nec voluntas potentia. nec poten tia voluntate maior est. quia vna et ea dem res est potentia et voluntas. sc⁊

Quō intelligē da sit auctas.

Respōsio.

ipse deus qui esset maior seipso. si voluntas maior esset potentia. vel potẽtia volũtate. Nec hac autoritate negatur deũ plura posse q̃ velle. quia plura sunt subiecta eius potentie q̃ voluntati. Fateamur itaq; deum plura posse facere que non vult. et posse dimittere que facit.

Autoritatibus confirmat deum plura q̃z facit facere posse

Quod vt certiꝰ firmiusq; teneat scripture testimoniis asseramus deum plura posse facere q̃ faciat. Veritas ipsa secũdum matheũ ait. An putas quia non possum rogare patrẽ meum et exhibebit michi modo plusq̃ duodecim legiones angeloꝝ Ex quibus verbis patenter innuitur. quia et filius poterat rogare quod nõ rogabat. et pater exhibere quod non exhibebat. Uterq; ergo poterat facere qd̃ ñ faciebat. Augustinus etiaz in encherideon ait. Omnipotentis volũtas multa põt facere que non vult nec facit. potuit em̃ facere vt duodecim legiones angeloꝝ pugnarent contra illos qui xp̃m ceperunt. Item in eodẽ. cur apud quosdam non facte sunt virtutes que si facte fuissent egissẽt illi homines penitentiam / et facte sunt apud eos qui non fuerãt credituri. tunc non latebit quod nũc latet. Nec iniuste vtiq; deus noluit saluos fieri. cuz possent salui esse si vellet tunc inclarissima sapientie luce videbitur. quod nunc piorum fides habet antequam manifesta cognitione videatur. quoniam certa ꝛ immutabilis et efficacissima sit voluntas dei. que multa possit et non velit nichil autem qd̃ non possit velit. Idẽ in libro de natura et gratia. dominus lazarum suscitauit in corpore. Nunq̃d dicendum est / non potuit iudam suscitare in mente. potuit quidem ꝑ noluit

Aug.

Q̃ sine mutabilitate potentie vel voluntatis potest deus et alia velle. alia facere que vult vel facit.

His autoritatibus aliisq; multis apte docetur / q̃ deus multa possit facere que non vult qd̃ etiam ratione ꝓbari potest. Non em̃ vult deus omnes homines iustificare. et tamen quis dubitat eum posse? põt ergo deus aliud facere q̃ facit. et tam̃ si aliud faceret alius ipse non esset. et potest aliud velle q̃ vult. et tamen eiꝰ voluntas nec alia nec noua nec mutabilis aliquo modo potest esse. Q̃ et si ñ possit velle quod nunquam voluit. nec tamen nouiter. nec noua voluntate. sz sempiterna tm̃ voluntate velle potest. potest enim velle quod ab eterno põt voluisse habet enim potentiam volendi et nunc et ab eterno. quod tamen nec modo vult. nec ab eterno voluit.

An deus possit facere aliquid melius q̃z facit.

Nunc illd̃ restat discutiendũ vtꝝ melius aliquid deus possit facere q̃ facit. Solent enim illis scutatores dicere. q̃ ea que facit deus / nõ potest meliora facere. quia si posset facere et non faceret / inuidus esset / et non summe bonꝰ Et hoc ex simili astruere conãtur. Ait enim augustinus in libro questionum. lxxxiij. Deus quem genuit. quem meliorem se generare non potuit. nichil em̃ deo melius debuit equalez. Si em̃ voluit et nõ potuit infirmus est. Si potuit et noluit inuidus. Ex quo conficitur equalem genuisse filium. A simili voluit dicere q̃ si potest deus rem meliorem facere q̃ facit. inuidus est / sed non valet huius similitudinis inductio quia filium genuit de substantia sua. Ideoq; si posset gignere equalem ꝛ nõ

DI. XLIIII.

Illi dicũt nõ posse.

Aug.

gigneret inuidus esset. alia vero que ñ de substantia sua facit meliora facere potest.

Questio qua illi artantur.

Verum hic ab

eis responderi deposco. cur dicāt rem aliquam siue etiam rerum vniuersitatē in qua maior ꝓsummatio expressa est non posse esse meliorem q̄ est siue ideo quia summe bona est. ita vt nulla omnino boni pfectio ei desit. siue ideo q̄ a maius bonum quod ei deest capere ipsa non valeat. Sed si ita summe bona dicitur / vt nulla ei perfectio boni desit iam creatura creatori coequat. Si vero ideo non potest melior esse. quia bonum amplius quod ei deest capere ipsa non valet. iam hoc ipsum non posse defectionis est / non consummationis. et potest esse melior si fiat capax melioris boni quod ipse potest qui eam fecit Potest ergo deus meliorem rem facere q̄ faciat. Unde augustinus super genesim. Talem potuit deus hominez fecisse. qui nec peccare posset. nec velet. et si talem fecisset / quis dubitat eū meliorem fuisse. Ex predictis constat q̄ potest deus et alia facere q̄ facit. et que facit meliora ea facere q̄ facit.

Aug.

Utrum alio vel meliori modo possit facere q̄z facit.

Post hec cōside

randum est vtrum alio modo vel meliori q̄ facit possit ea facere q̄ facit. Si modus operationis ad sapientiam opificis referatur / nec alius nec melior esse potest. Non enim potest facere aliquid aliter vel melius q̄ facit. i. alia sapientia vel maiori sapiētia. Nichil ēm sapiētius potest facere q̄ facit. Si vero referatur modus ad rem ipsaz quā facit deus. dicimus quia z alius z melior potest esse modus. Et scōm hoc cōcedi potest. quia ea que facit potest facere melius. et aliter q̄ facit. quia potest quibusdam meliorem modum existendi prestare / et quibusdam alium. Unde augustinus in tredecimo libro d̄ trinitate dicit q̄ fuit z alius modus nostre liberationis possibilis deo. q̄ omnia potest sed nullus alius nostre miserie sanande fuit ꝓuenientior. Potest ergo deus eorum que facit quedam alio modo meliori quedam alio modo eque bono. quedaz etiam minus bono facere q̄ facit. vt tamen modus referatur ad qualitatē operis creature non ad sapientiam creatoris.

Responsio.

Aug.

Utrū deus semper possit omne quod olim potuit.

Preterea queri

tolet. vtrum deus semper possit omne quod olim potuit. Quod quibusdam ñ videtur dicentib'. Potuit deus incarnari. et potuit mori. et resurgere. et alia huiusmodi que modo non pōt. Potuit ergo que modo nō potest. et ita habuit potentiam quaz modo non habet vnde dicitur eius potentia imminuta. Ad quod dicimus. quia sicut oia semper scit que aliquādo sciuit. et semper vult que aliquando voluit. nec vnquā aliquam scientiam amittit. vel voluntatem mutat q̄ habuerit. ita oia semper potest que aliquando potuit. Nec vnquam aliqua potentia sua priuatur. Non est ergo priuatus potentia incarnandi vel resurgendi licet nō possit modo incarnari vel resurgere. Sicut ēm potuit olim incarnari. ita et potest mō incarnatus esse. in quo eiusdem rei potentia monstratur. Ut enim olim sciuit se resurrecturum et modo scit se resurrexisse. nec est alia sciētia illud olim sciuisse. et hoc modo scire sed eadem omnino. et sicut voluit olim resurgere et modo resurrexisse / in quo vnius rei voluntas exprimitur. Ita potuit olim nasci et resurgē. et modo ipse potest nat'

Respōsio sic semp scit q̄ aliqñ scit z semper vult ita sē per potest q̄ olim potuit.

fuisse et resurrexisse. et ē eiusdem rei potentia. Si enim posset modo nasci et resurgere non esset idem posse. Verba enim diuersorum temporum diuersis prolata temporibus et diuersis adiuncta aduerbijs eūdem faciunt sensuz vt modo loquētes dicimus. iste potest legere hodie. cras autem dicimus iste pōt legisse. vel potuit legere heri vbi vnius rei monstratur potētia. Si autem diuersis temporibus loquentes eiusdem temporis verbis et aduerbijs vtamur dicentes. hodie iste potest legere hodie. et dicentes cras. iste pōt hodie legere. non idem sed diuersa dicimus eum posse. Fateamur ergo deū semper posse quidquid semel potuit. id est habere omnem illam potentiam quam semel habuit. et illius omnis rei potentiam cuius semel habuit. sed nō semp posse facere omne illud quod aliquando potuit facere. potest quidē facere aut fecisse quod aliqñ potuit. Similiter quidq̄d voluit et vult. i. omnez quam habuit voluntatem. et modo habet. et cuiuscūqz rei voluntatem habuerit / et modo habet. non tamē vult esse vel fieri omne quod aliquando voluit esse vel fieri. sed vult fuisse vel factum esse. ita et de scientia dei dicendum est.

¶ De voluntate dei que essentia dei vna est ⁊ eterna. et de signis eius.

¶ Oi. XLV.

Iam de voluntate dei aliquid pro sensus nostri imbecillitate dicenduz est. Pciēdum est ergo quia voluntas siue volēs de deo secundum essentiam dicitur. Non est enim ei aliud velle ⁊ aliud esse. sed omnino idem. Et sicut idem est ei esse bonuz / quod esse deum. Ita idē est ei esse volentem / quod esse deum. Nam voluntas qua semper volens est non affectus vel motus est qui in deum cadere non valet. sed diuina vsta qua volens est deus est / et huiusmodi.

¶ Q̄ licet idem sit deo velle q̄z esse. non tamen potest dici deus esse omnia que vult.

Et licet idem sit deo velle quod esse. non tamen dicendum est deuz esse omnia que vult. Qd̄ quidam de dei voluntate non recte sentientes / nobis obijciunt dicentes. Si idem est deo velle quod esse. ergo cum dicimus deum velle omnia que facit. dicimus eum esse omnia que facit. alioquin non ibi illo verbo idem significatur. quod significatur hoc vbo esse cuz de deo dicitur. Et si ita est non semper dicitur de deo velle secundum essentiā Si vero secundum essentiam non dicitur aliqñ. quomodo ergo dicit de deo Relatiue enim nunquam dicitur. Ad quod dicimus. quia licet idem penit? sit deo velle quod esse. non tamen potest dici esse omnia que vult. sicut idem est deo esse quod scire nec tamen sicut dicitur scire omnia ita quoqz potest dici esse omnia.

¶ Obiectō quorundam.

¶ Rñsio plenaz ptinens solutionem.

¶ Quis sit sensus horum verborum / de? scit vel deus nō vult Itez deus scit omnia vel vult aliquid. et quod de deo predicatur de his predicetur.

Et vbicunqz deus dicitur scire vel sciens. vel velle vel volens. hec de eo secundum essentiam dicuntur. cum enim dicitur deus scit / vel deus vult. siue deus est sciens vel volens essentia diuina pdicatur. ⁊ de? esse enunciatur. Cum autem additur omnia vel aliquid vel aliqua. et dicit deus scit omnia vel vult aliquid vel aliqua. essentia quidem diuina predicatur. non simpliciter et absolute / ꝑ ita vt scientie que ipse est omnia subiecta

monstrētur / ⁊ voluntati que ipsa eadē est aliquid vel aliqua subiecta esse dicantur. vt talis fiat sensus. deus scit omnia. i. deus est cuius scientie que ipsius essentia est omnia subiecta sūt. Similiter deus vult hec vel illa. i. deus ē cuius voluntati que ipse est hec siue illa subiecta sunt. Volēs ergo siue velle dicitur deus secundum essentiam. cuius voluntas essentia est sempiterna ⁊ immutabilis licet ea varientur ⁊ transeant que ei subiecta sunt / que non potest esse iniusta vel mala. qz deus est.

Qz dei voluntas summe bona causa est omniū que naturaliter sunt. cuius cā non ē querēda. qz nullā habet cū sit etna

Hecitaqz sūme

bona voluntas causa est omniū que naturaliter fiunt vel facta siue futura sūt que nulla p̄uenta est causa. qz eterna ē Ideoqz causa ipsius querende nō est.

Hic dicit quare causa eiꝰ querenda non est.

Qui enim eius

causaz querit aliq̄d maius ea querit / cū nichil ea maius sit. Unde aug̃. in lib. lxxxv. questionum. Qui querit quare voluerit deus mundū facere causam q̄rit voluntatis dei. Dis autem causa efficiens maior est eo qd̄ efficitur Nichil autem maius est voluntati dei. Nō ergo eius causa querenda est. Idem in libro ꝓtra manicheos. Si qui dixerint q̄d placuit deo facere celum et terram Respondendū est eis. qui voluntatem dei nosse desiderant causas et voluntatem dei scire querunt qꝯ voluntas dei omnium que sunt ipsa sit causa. Si em̄ habet causā voluntas est aliquid quod antecedat voluntatez dei que nephas est credere. Qui ergo dicit quare fecit deus celum et terram. respondendum est illi quia vult. volūtas enim dei causa est celi et terre. et ideo maior est voluntas dei q̄z celum et terra. Qui autē dicit quare voluit facere celum et terram. maius aliquid querit q̄z est voluntas dei. nichil autē maius inueniri potest. Compescat se ergo humana temeritas et id quod non est non querat ne id quod est non inueniat. Ecce his autoritatibus aperte insinuatur qꝯ voluntatis dei causa nulla est. et ideo querēda non est.

Aug.

Qꝯ voluntas dei prima ⁊ summa causa est omnium.

Voluntas ergo

dei vt ait aug̃. in. iij. li. de trinita. prima et summa causa est omnium. specierum atqz motionum. Nichil em̄ fit qd̄ non de interiori atqz intelligibili aula summi imperatoris egrediatur secundum ineffabilem iusticiaz. Ubi em̄ non operatur quod vult dei omnipotentis sapientia que pertendit a fine vsqz ad finem fortiter et disponit omnia suauiter ⁊ non solū facit ea que perseuerantia ꝓsuetudinis admirationem non admittunt. ꝗ etiam ea que ꝓpter raritatem ⁊ insolitū euentum mira videntur vt sunt defectus luminariuz ⁊ terremotus ⁊ monstrucsi animantiū partus et his similia quoz nichil fit sine voluntate dei. ꝗ plerisqz non apparet. Ideoqz placuit vanitati philosophoz etiaz causis alijs ea attribuere cū omnino videre non possint / superiorem ceteris omnibus causam. i. voluntatē dei Itaqz non nisi dei voluntas causa prima ē sanitas egritudinis premiorum atqz penaz gratiarum et retributionum. Hec ergo sola est vnde ortum est quidquid est et ipsa non est orta sed eterna.

Aug.

Quibus modis accipitur dei voluntas.

Que vere et ꝓprie dicitur dei volũtas ⁊ ea dr̃ beneplacitum.

Hic nõ est prete reundũ nobis ꝙ sacra scriptura de voluntate dei varijs modis loqui consueuit. ⁊ tamen nõ est dei voluntas diuersa. sed locutio diuersa est de voluntate quia nomine volũtatis diuersa accipit Nam voluntas dei vere ac proprie dicitur que in ipso est. ⁊ ipsius essentia ẽ et hec vna est. nec multiplicitatem recipit. nec mutabilitatez que inexpleta esse non potest. de qua propheta ait. Omnia quecunqꝫ voluit dñs fecit. Et apostolus voluntati eius quis resistet. Et alibi. Ut probetis que sit volũtas dei bona ⁊ beneplacens ⁊ perfecta. Et hec voluntas recte appellatur beneplacitum dei siue dispositio.

Q secundum figurám dicitur voluntas dei preceptio/prohibitio/consiliuz/permissio operatio. et ideo pluraliter dicit scriptura voluntates.

Aliquãdo vero ſm quandam figuram dicendi volũtas dei vocatur ꝙ scd̃m proprietatem non est voluntas eius. vt preceptio/ꝓhibitio/ꝯsilium/necnõ permissio ⁊ opatio Ideoqꝫ pluraliter aliquando scriptura voluntates dei pronunciat. Unde propheta. Magna opera dñi exquisita in omnes volũtates eius. cum non sit nisi vna volũtas dei que ipse est. pluraliter tamen dicit voluntates. quia voluntas dei varijs modis ac ꝓ diuersis accipitur vt dictum est. Ita etiam idem ꝓpheta propter multos effectus mie ⁊ iusticie pluraliter dicit. Misericordias domini in eternum cãtabo. Et alibi Iustitie domini recte letificãtes corda/cum tamen in deo vna sit misericordia. vna iustitia. et vna eademqꝫ sit misericordia que iusticia scꝫ diuina vsia.

Quare preceptio ⁊ ꝓhibitõ ⁊ consiliũ dicantur dei volũtas.

Ideo autez preceptio et ꝓhibitio atqꝫ consilium cum sint tria. dicitur tam̃ vnum quodqꝫ eorum dei voluntas. qꝛ ista sunt signa diuine voluntatis quẽ admodum ⁊ signa ire dicuntur ira. ⁊ dilectionis signa dilectio appellãtur. ⁊ dicitur iratus deus et tamen non est ira in eo aliqua. ſ signa tm̃ que foris fiunt. quibus iratus ostenditur. ira ipsius nominatur. ⁊ est figura dicendi/secundum quã non est falsum quod dicitur. ſ verum quod dicit sub tropi nubilo obumbratur Et secũdum hos tropos diuerse volũtates dei dicuntur. quia diuersa sunt illa que ꝑ tropum voluntas dei dicuntur.

Ubi voluntas dei pro precepto et consilio accipiatur.

Pro precepto di atqꝫ consilio potest accipi voluntas. vt ibi. Fiat voluntas tua sicut in celo ⁊ in terra. Et alibi. Qui facit voluntatem patris mei qui in celo est. ipse frat̃ meus ⁊ soror ⁊ mater est. Et contra hanc voluntatem multa fiunt. Unde aug⁹. in libro de spiritu ⁊ litera. Infideles ĩquit contra voluntatem dei faciunt cũ eius euangelio non credunt. Aug.

Q deus non vult ab hominibus fieri omnia que precepit vel non fieri que prohibet.

Et si illa tria di dicuntnr dei voluntas ideo quia signa sunt diuine voluntatis. non est tamen intelligendũ deum omne illud fieri velle qd̃ cuicunqꝫ p̃cepit/vel non fieri qd̃ ꝓhibuit. Precepit em̃ abrahe immolare filiũ. nec tamen voluit. nec ideo p̃cepit vt id fieret. ſ vt abrahe probaretur fides. Et in euangelio p̃cepit sanato ne cui dicerꝫ. ille aũt p̃dicauit vbiqꝫ intelligens deum non ideo ꝓhibuisse/

quin vellet opus suum predicari. ꝗ vt daret formam homini laudem humanã declinandi.

De permissione ⁊ operatione vbi dicantur dei voluntas.

Permissio quo qꝫ dei et operatio voluntas dei appellãtur / qualiter accipit augusti. in encꝫ. dicens. Non fit aliquid nisi omnipotens fieri velit. vel sinendo vt fiat / vel ipse faciendo. Nec dubitandũ est deũ facere bene. etiam sinendo fieri quecunqꝫ fiunt male. non em̃ hoc nisi iusto iudicio dei sinit. ⁊ ꝓfecto bonum est omne quod iustum est. Ecce manifeste hic habemus dei voluntatem appellari ipsius opationem vel permissionem cum dicit non fieri aliquid nisi omnipotens fieri velit. vbi includit et bona ⁊ mala omnia que fiunt Ideoqꝫ aperte distinguit qũo deum velle dixerit. ne eadem ratione intelligeretur velle bona ⁊ mala subdens vel sinendo vt fiat. hoc quãtum ad mala dicit. vel ipse faciendo. hoc quantum ad bona. Mala enim sinit fieri. ꝗ non facit. bona vero ipse facit. Ideoqꝫ dixit eum velle / quia ⁊ volens mala sinit. et volens bona operat ⁊ ob hoc permissio ⁊ operatio volũtas dei dicuntur.

Quinqꝫ supra sunt proposita que dicuntur secundꝫ tropum ⁊ ideo distinguat lector vbiqꝫ ꝑ quo eorꝫ accipiat volũtas.

Cumqꝫ ergo supra posita sunt q̃ dicuntur secundũ tropum dei voluntas. quia signa sunt diuine voluntatis que vna est ⁊ immutabilis. scꝫ dei beneplacitũ. Ideoqꝫ diligenter distinguat lector vbi de voluntate dei scriptura cõmemorat iuxta quez modũ accipi oporteat. scꝫ pro beneplacito dei. an pro aliquo signorum eius. Magna enim est adhibenda discretio in cognitione diuine volũtatis. quia ⁊ beneplacitũ dei est voluntas eius. ⁊ signum beneplaciti eius dicitur voluntas eius. Sed beneplacitũ eius eternum est. signum vero beneplacitũ eius non Et ꝓsonat rerum affectibus beneplacitũ ipsius ⁊ ipsi effectus rerum ab illo ñ discordant. Fit em̃ omne quod beneplacito vult fieri ⁊ omne quod vult nõ fieri. nequaqꝫ sit. Non ita autem ẽ de signis quia precepit deus multis ea q̃ non faciunt et ꝓhibet que non cauent. ⁊ ꝓsulit que non implent.

Illi sentẽtie qua dictuz est vt dei vnluntatem non posse cassari que ipse est quedam videtur obuiare.

Incoritur questio. dictum est em̃ i superioribus ⁊ auctoritatibus cõmunitum q̃ voluntas dei q̃ ipse est vocaturqꝫ beneplacitũ eius cassari non põt. quia illa voluntate fecit quecũqꝫ voluit i celo et in terra. cui teste apostolo nichil resistit Querit ergo qũo accipiendum sit quod apostolus ꝯ domino ait. q̃ vult omnes homines saluos fieri. cum em̃ non omnes salui fiãt sed plures damnent. videtur vtiqꝫ nõ fieri qꝫ deus vult fieri humana. ſ. voluntate impediente voluntatẽ dei. dñs quoqꝫ in euangelio impiam ciuitatẽ cõpellans. quotiens inquit volui ꝓgregare filios tuos sicut gallina congregat pullos suos sub alis ⁊ noluisti Ita hec dicunt. tanqꝫ dei voluntas superata sit hominũ voluntate. ⁊ infirmissimis nolendo impedientibus nõ potuerit facere potentissimus qꝫ volebat. Vbi ergo est illa omnipotentia q̃ in celo et in terra. scõm prophetam omnia quecunqꝫ voluit fecit ⁊ quomodo voluntati eiꝰ secundum apostoluz nichil resistit si colligere filios hierusalem voluit ⁊ non fecit. Hec enim predictis plurimum obuiare videntur.

DI. XLVI.

Aug⁹ in encꝫ

Solutio quomodo intelligendum sit illud volui congregare ⁊ noluisti.

Sed audiamus solutionē. Ac primum quomodo accipiendum sit illud quod dñs ait. videamus. Non enim ex eo sensu illud dictum est vt ait aug. in enche. predictam questionem soluens. quasi dominus voluerit ꝓgregare filios hierusalē. et non sit factum quod voluit. quia ipsa noluerit sed potius ipsa quidem filios suos ab ipso colligi voluit. qua tamen nolente. filios eius collegit ipse omnes quos voluit. quia in celo et in terra non quedā voluit et fecit. quedam vero voluit et nō fecit. sed omnia quecunq; voluit fecit. vt sit sensus. Quotiens volui congregare filios tuos. et noluisti. i. quot quot congregaui mea voluntate semp efficaci te nolente feci. Ecce in euidenti positum est q̄ illa domini verba superioribus non repugnant.

Aug' i ench.

Quomodo intelligendum sit illud qui vult omnes homies saluos fieri.

Nunc videndū restat. quomō etiā ꝑmissa verba apostoli predictis non contradicant qui de deo loquens ait. vult omnes homines saluos fieri Quorum occasione verboꝝ multi a veritate deuiauerunt dicentes deū multa velle fieri que non fiunt. sz nō est intelligendum. ea ratōne illud esse dictum quasi deus velit aliquos saluari ⁊ non saluentur. Quis enim tam impie desipiat. vt dicat deū malas hominum voluntates quas voluerit ⁊ qñ voluerit et vbi voluerit in bonum non posse cōuertere. Non est vtiq; verum quod i psal. dicit quecūq; voluit fecit si aliqua voluit. et non fecit. ⁊ quod est indignius ideo non fecit. qm̄ ne fieret qd̄ nolebat omnipotens. voluntas hominis impediuit. Ideoq; cum audimus et i sacris litteris legimus q̄ velit oēs homines saluos fieri. non tamen ideo debemus omnipotentissime dei voluntati aliquid derogare. ꝗ ita intelligere quod scriptum est. Vult oēs homines saluos fieri tanq̄ diceretur nullum hominem fieri saluum. nisi quē saluum fieri ipse voluerit. non q̄ nullus sit hominum nisi quē saluum fieri velit. ꝗ q̄ nullus fiat saluus nisi quem velit saluari. et ideo rogandus est vt velit. qz necesse est fieri. si voluerit. Non est em̄ credendus omnipotes aliq̄d noluisse fieri qd̄ factum non sit. Sic etiam intelligit illud. Illuminat oēm hominem venientem in hunc mundū. non quia nullus hominum est q̄ non illuminetur. ꝗ quia nisi ab ipso nullus illuminat. Potest ⁊ alio modo illud intelligi. dum tm̄ credere nō cogamur omnipotentē aliquid fieri voluisse. factūq; non esse. qui sine vllis ambiguitatibus si in celo ⁊ in terra. sicut veritas cantat. oīa quecunq; voluit fecit. Profecto facere non voluit quecunq; non fecit. Ex his aperte ostenditur q̄ deus ea voluntate que ipse est nō vult aliquid fieri quod non fiat. neq; non fieri quod fiat.

Aug' i ench.

Sic intelligitur illud illuminat oēz hominē venientē in hūc mundum.

Vtrum mala dei voluntate fiant. an eo nolente.

Ideoq; cum constet omnia bona que fiunt eius fieri voluntate que fieri nollet. nullatenus fierent. recte queri solet vtrum et mala omnia que fiunt id est peccata dei fiant volūtate. an nolēte eo fiant. Super hoc diuersi varia sentientes sibi cōtradicere inueniūtur. Alij em̄ dicūt q̄ deus vult mala esse vel fieri. non tamē vult mala. Alij vero. q̄ nec vult mala esse nec fieri. in hoc tm̄ cōueniunt vt hij ⁊ illi. q̄ vtiq; fatent deum mala nō velle. Vtriq; vero rationibus et autoritatibus innituntur ad inueniendam suaz assertionem.

Que sup hoc aduersis dicūtur.

Alij dicūt deum velle mala esse vel fieri alij non.

Quare dicunt quidam deum velle mala esse vel fieri

Qui enim dicūt deuz mala velle esse vel fieri / suam his modis in omnes muniunt intentionem Si em̄ inquiūt mala non esse vel nō fieri vellet nullo modo essent vel fierent qꝛ si vult ea non esse vel non fieri / ⁊ nō potest id efficere / sed vt non sint vel nō fiant. voluntati eius et potentie aliq̄d resistit. et non est omnipotens / qꝛ non potest omne quod vult / ꝑ impotens est sicuti et nos sumus qui quod volumus qñq̄ꝫ non valemus sed quia omnipotēs est ⁊ in nullo impotens / certum est non posse fieri mala vel esse nisi eo volente qūo vel inuito eo et nolente posset ab aliquo malum fieri / cum scriptū sit voluntati eius quis resistet? Supra etiā dixit aug⁹. quia necesse est fieri si voluerit. Sed vult mala fieri. aut nō fieri. Si vult non fieri / mala non fiunt / fiunt autem. vult ergo fieri. Item bonum est mala esse vel fieri. alioquin sūme bonus nō permitteret ea fieri. Vñ augustinus in encheridion. Quamuis ea inquit que mala sunt / inquantū mala sunt / non sunt bona. tamē vt non solum bona sed etiaz sint et mala bonum est. Nam nisi esset hoc bonum / vt essēt et mala / nullo modo esse sinerentur ab omnipotenti bono cui ꝓculdubio q̄ꝫ facile est ꝙ vult facere tam facile est qđ non vult esse non sinere. hec nisi credamus periclitat̄ nostra cōfessio qua nos in patrem omnipotentem credere confitemur. Ecce hic aperte habes ꝙ bonum est mala esse. omnis autez boni deus auctor est qui vult omne bonum esse quod est. cum ergo bonum sit mala fieri vel esse. et mala vult fieri vel esse. His atq̄ alijs huiusmodi rationibus ⁊ autoritatibus vtunt̄ qui dicunt deum velle mala esse mala esse vel fieri.

Prima rō illoꝝ qui dicūt deū velle fieri mala.

Scđa ratio.

Aug⁹ in ench

Hic ponit rationes illorū qui dicunt dei voluntate non fieri mala vel esse.

Illi vero qui dicunt dei voluntate mala nō fieri vel nō esse inductionibus premissis ita respondent. dicentes deū nec velle mala fieri nec velle nō fieri vel nolle fieri. ꝑ tñ nō velle fieri. Si enim vellz ea fieri / vel esse / faceret vtiq̄ꝫ ea fieri vel esse. Et ita esset auctor malorum. non est autez auctor malorum. vt sanctorum ꝓtestantur autoritates. Non ergo eius voluntate fiunt mala. Itē si nollet mala fieri. vl' vellet non fieri. et tñ fierent. omnipotens non esset. cum eius voluntas humane voluntatis effectu impediretur. Ideoq̄ꝫ non cōcedunt deuz velle mala fieri. ne malorum auctor intelligatur. nec concedunt eum velle mala non fieri vel nolle fieri. ne impotens esse videat̄ sed tantum dicunt eum non velle mala fieri vt non auctor. sed permissor malorum monstretur. Unde et euangelista vbi ostendit deum auctorem esse omnium bonorum. di. Omnia per ipsum facta sunt. Consequenter malorum auctorem esse negat dicens. ⁊ sine ipso factū est nichil. i. peccatum. Non dixit per eum factum esse vel eo nolente et inuito. sed tantum sine eo. i. sine eius voluntate. quia non eius volūtate fit peccatum. ergo non deo volente vel nolente. sed non volente fiunt mala. Quia nō subest dei voluntati vt malū fiat vel nō fiat. sed vt fieri sinat. qꝛ bonum est sinere mala fieri et vtiq̄ꝫ volens sinit nō volens mala ꝑ volens sinere vt ipsa fiant. Quia nec mala sunt bona. nec ea fieri. vel esse bonum est.

Quare nō sit veꝝ deum velle mala fieri.

Hic queritur quare non sit veꝝ deū velle nō fieri mala vel nolle fieri

Qđ verum sit deū non velle mala fieri.

Qđ non ideo volēte vel nolente ꝑ nō volente fiāt mala.

Qūo intelligendū sit illud augustini mala fieri bonum est.

Quod vero augustinus ait. Mala fieri bonū est. nec sinerent̄ mala ab omnipotenti bono fieri / nisi hoc esset bonū vt eo essent ea rōne dictū esse asserunt. quia ex malis q̄ fiūt deus bona elicit. nec ip̄e ꝑmitterz

Aug̃ ꝯfirmat illũ sensum alia auc̃te eiusdem.

ea fieri nisi de eis bene aliquid faceret. Unde augustinus in eodez libro ench. aperte indicans predictorum verborũ talem esse intelligentiam ait. Deꝰ omnipotens cui rerum est summa potestas cum summe bonus sit. nullo modo sineret aliquid mali esse in operibꝰ suis nisi vsqꝫ adeo esset omnipotens et bonus. vt benefaceret etiam de malo. Itez in eodez. Melius iudicauit deus de malis bona facere q̃ꝫ mala nulla permittere. Ex hoc itaqꝫ sensu dictũ est ac verum bonum est mala fieri. quia ex malis que fiunt bonis qui secundum ꝓpositũ vocati sunt sancti. accedit bonitas .i. vtilitas. Talibus em̃ vt ait apostolus in bonum cooperantur omnia etiã mala/ quia eis prosunt que alijs ꝓsunt que alijs faciẽtibus obsunt. Unde etiam aliquando in scriptura legitur malum appellari bonum vt hieronimus super marcum. Malum inquit iude bonũ fuit scꝫ nobis. nec si bonũ est illi vel illi/ inde sequitur ꝙ simpliciter bonuꝫ sit ꝓprie enim ac simpliciter bonuꝫ est quod in se et facienti bonum est.

Quadripertita boni acceptio

Est enĩ aliquid quod in se bonum est et cui sit/ sed non est bonum facienti. vt cum subuenitur pauperi/ sed non propter deum. et aliquid bonum in se ⁊ facienti/ sed non ei cui fit. vt cum veritas ꝓpter deum alicui non obedienti predicatur. et aliq̃d in se et facienti/ sed non ei cui fit bonũ vt cum predicatur ꝓpter deum credẽti. Unde apostolus bonus odor sumus deo. alijs odor vite. alijs odor mortis. est autem aliud q̃d nec in se bonũ est. ⁊ faciẽti nocet ⁊ damnat nisi peniteat vt malum/ valet tamẽ ad aliquid. Ut em̃ ait augustinus in encheridion a summe ⁊ equaliter ⁊ immutabiliter bona trinitate creata sũt omnia. nec summe/ nec equaliter/ nec immutabiliter bona. sꝫ tamen bona etiam singula. Simul vero vniuersa valde bona. Quia ex omnibus ꝯsistit vniuersitatis admirabilis pulcritudo in qua etiam illud q̃d malum dicit bene ordinatum et loco suo positum/ eminentius commendat bona vt magis placeant et laudabiliora sint dum comperantur malis.

Q̃ mali vniuersitati valent et facienbus sua propria vel patientibus aliena prosuut electis tantum.

Hinc patet ꝙ ex malis que fiunt aliquid boni prouenit dum bona magis placent/ et laudabiliora existunt. Ipsis etiam faciẽtibus ex malis que faciunt/ interdum bona proueniunt. si secundum ꝓpositum vocati sunt sancti. Talibus enim vt ait augꝰ. in libro de correctione et gratia. Usqꝫ adeo deus omnia cooperatur in bonũ/ vt si qui horum deuiant et exorbitant etiam hoc ipsum/ eis faciat ꝓficere in bonum. quia humiliores redunt atqꝫ doctiores/ vt petrus. Illa etiam mala que ab iniquis fideles pie perferũt. vt ait augustinus in libro de trinitate. ipsis vtiqꝫ prosunt. vel ad delenda peccata. vel ad exercendam ꝓbendamqꝫ iusticiam. vel ad demonstrandam huius vite miseriam. Ideoqꝫ et iob dei manum. ⁊ apostolus sathane stimuluꝫ sensit. ⁊ vterqꝫ bene profecit. quia maluꝫ bene portauit.

Aug̃.

Ex predictis concludit ostendens esse bonũ fieri mala multis modis.

Siquis ergo diligenter attendat que scripta sunt. facile est ei percipere ex malis bona prouenire. ⁊ ex ea ratione dictuꝫ esse ꝙ bonum est mala fieri vel esse. nõ quia malum sit bonum. vel quia bonum sit malum fieri. Non est enim bonum malum

fieri ab aliquo. quia non est bonum vt aliquis facit malum. Si enim hoc esset bonum. pfecto huius deus auctor esset qui est auctor omnis boni. Qz si huius deus auctor est eo ergo auctore homo agit mala. ⁊ ita eo auctore homo fit deterior. et si eo auctore homo fit deterior. tunc eo volente homo fit deterior. Idem est enim dicere. aliquid fieri de auctore. quod deo volēte. Deo autem auctore non fit homo deterior. ergo nisi deo volente. vt ait augustinus in libro. lxxxv. questionum aperte astruit a minori dicens ita. Nullo sapiente homine auctore sit homo deterior. Tanta eñ est ista culpa que in sapientez hominem cadere nequit. Est autem deus omni hoie sapiente prestantior. Multominus ergo deo auctore fit homo deterior. Multo eñ est prestantior dei voluntas q̃z hominis sapiētis. Illo autem auctore cum dicit. illo volente dicitur ergo est vicium voluntatis quo ē homo deterior/ quod viciū si longe ab est a dei voluntate vt ratio docet a quo sit querendus est. Ecce aperte dicit augustinus deo auctore vel volente hominem non fieri deteriorem/ sed vitio voluntatis sue. Non est ergo deo auctore q̃ malus fit ab aliquo. et ita deo volente mala non fiunt.

Qz in deo nō est causa vt sit homo deterior.

Deinde idez augustinus querens que sit causa vt homo sit deterior. in deo non esse asserit. in eodem libro sic dicens. vt sit homo deterior. aut in ipso est. aut in alio aut in nichilo. Si in nichilo nulla causa est Si in alio aut in deo/ aut i aliquo quolibet homine. aut in eo qui neqz deus/ neqz homo sit. sed non in deo. Bonoz enim deus tantum causa est. ergo aut in homine est. aut in eo qui neqz deus/ neqz homo aut in nichilo. Ex his aperte ostenditur/ q̃ non est bonus vt sit homo deterior. quia non est deus eius rei causa qui tantum causa bonorum est. et si non est bonum vt homo fiat deterior. non est ergo bonus vt ab eo fiat malum. non ergo vult deus vt ab eo fiat malum.

Aliter probatur q̃ deo auctore non fiunt mala.

Item etiam alier ostenditur. q̃ deo auctore. i. volente/ non fiunt mala. quia ipse non ē causa tendendi ad nō esse. Tendere enim ad non esse/ malum est. Ipse autē mali auctor non est. Tendit vero ad non esse qui operat malum. non ergo deo auctore est q̃ aliquis operatur malum Non est ergo bonum q̃ aliquis operatur malum. quia tm̃ boni deus auctor est. Hoc autem augustinus in eodez libro aperte explicat ita dicens. qui omnium que sunt auctor est ⁊ ad cuius bonitatem id ptinet vt sit omne quod est boni tantummodo causa est. Quocirca mali auctor non est. et ideo ipse summum bonum est a quo in nullo deficere bonum est et malum est deficere. Non est ergo causa deficiendi. i. tenendi ad non esse. qui vt ita dicam essendi causa est. quia omnium que sunt auctor est q̃ inquantum sunt bona sunt. Ecce aperte habes q̃ deficere a deo qui summus est bonum. malum est. Mala ergo facere malum est. nō ergo deo auctore vl volente mala sunt.

Obiectio quorundam sophistica qua probare nituntur ex deo esse q̃ mala fiant.

Iam sufficiēter ostensum est/ q̃ deo auctore non fiunt mala. quidam tamen sophistice incedentes. ⁊ ideo deo odibiles pbare conantur ex deo auctore esse. q̃ mala fiunt/ hoc modo. q̃ mala fiunt/ verum ē

omne autem verum quod est a veritate est qui deus est. A deo ergo ē q̃ mala fiunt. Q̃ autem omne verum a deo sit ꝓfirmant autoritate augustini in libro. lxxxv. questionū ita dicens. Omne verum a veritate verum est. est autem veritas deus. Deū ergo habet auctorem omne verum. Est aūt verū q̃ mala fiunt vel sunt. deo ergo auctore ē q̃ sunt vel fiunt mala.

Responsio vbi cōcedit omne verum esse a deo. et sophisma aperit.

Quibus facile ē nobis respōdere. sed indignum responsione videtur q̃ dicunt. Omne namq̃ verum a deo est vt ait augustinus. cui ꝓsonat ambrosius. qui tractans illud verbum apostoli. Nemo potest dicere dominus ihesus. nisi in spiritusancto. dicit q̃ omne verum a quocunq̃ dicit a spiritusancto est. Cum itaq̃ verū sit q̃ mala fiunt hoc verum quod dicitur illa locutione. s. mala fiunt a deo est. sed nō inde sequitur q̃ a deo sit vt mala fiant. Si enim hoc diceretur auctor malorum deus esse intelligeretur / qd ex simili manifeste falsum ostenditur. Deus prohibet furtum fieri. sed furtū fieri verum est ergo prohibet verum. non sequitur.

Per simile ostēdit illud esse falsum.

Partem questionis approbat illorum qui dicunt deum non velle mala fieri.

Hoc ergo et alia huiusmodi inania relinquentes / p̃misse questionis parti saniori fauentes q̃ sanctorum testimonijs plenius approbatur. dicamus deum non velle mala fieri. nec tamen velle non fieri. neq̃ nolle fieri. Omne ergo quod vult fieri / fit. et omne quod vult non fieri / non fit. fiunt autem multa que nō vult fieri vt omnia mala.

Q̃ voluntas dei semper impletur de homine quocunq̃ se vertat.

Voluntas quippe dei semper efficax est / vt fiat omne qd̃ velit ⁊ nihil fiat q̃ nolit que de hoie sē per impletur quocunq̃ se vertat. Nichil em̄ vt ait augustinus ī libero arbitrio ꝓstitutum superat voluntatem dei ⁊ si faciat ꝓtra eius voluntatem. tamē contra eius voluntatez que ipse est. nichil putandum est ita fieri tanq̃ velit fieri et non fiat / vel nolit fieri et fiat. Illa enim voluntas vt ait augustinus in encheridion semper impletur. aut ꝑ nobis. aut a nobis. de nobis impletur sed tamen non implemus eam quando peccamus. A nobis impletur / quando bonum facimus. Ideo enim facimus. quia scimus placere deo. Ita et de homine semper deus suam implet voluntatē. quia nichil facit homo de quo deus non operatur quod vult. Non enim vult deus vt peccet homo quilibz. Si autem peccauerit penitenti vult parere vt viuat. In peccatis vero perseverantem punire vt iusticie potentiaz cōtumax non euadat. Sicut alius ab eterno preparauit ad penam alios preparauit ad gloriam. et hec sunt magna opera domini exquisita in omnes voluntates eius. Et tam sapienter exquisita vt cum angelica et hūana creatura peccasset. i. non quod ille. sed quod voluit ipsa fecisset. etiam per eandem creature voluntatem qua factum est. q̃ creator non voluit impleret ipse quod voluit. bene vtens etiam malis tanquam summe bonus. Ad eorum damnationē quos iuste predestinauit ad penam. et ad eorum salutem quos benigne predestinauit ad gratiam. quantum enim ad ipsos accipiet quod deus noluit fecerunt. Quantū vero ad omnipotētiā

DI. XLVII.

dei. nullo modo id facere valuerunt. Hoc quippe ipso. q̄ contra eius voluntatem fecerunt de ipsa facta est voluntas eius. Preterea nanq̄ magna domini sunt opera exquisita in omnes volūtates eius. vt miro et ineffabili modo non fiat ꝓpter eius voluntatem. qd̄ etiam fit ꝯtra eius voluntatez quia nō fieret. si non sineret. nec vtiq̄ nolens sinit. sed volens. nec sineret bonus fieri male. nisi omnipotēs et de malo posset facere bene. His verbis euidenter monstratur q̄ voluntas dei eterna. sēper impletur de homine. etiam si faciat homo contra dei voluntatem. sed attēdendum est diligenter quomodo in superioribus dicitur fieri aliquid contra dei voluntatem / quod tamen non fit p̄ter eam. ⁊ qualiter intelligendum sit illud. quantum ad se fecerunt. quod deꝰ noluit. quantum vero ad omnipotentiam dei. nullo modo id facere valuerunt. Uidentur enim ista superioribus obuiare vbi dictum est voluntati eius nichil resistere.

Inquirit verba p̄dictorum verborum,

Hic aperit diuersis modis supra accipi voluntatē dei dicēs

Veruz vt supra diximus voluntas dei diuersis modis accipitur que diuersitas in predictis v̄bis si diligenter notetur. nichil sibi cōtradictionis reperiet. Ubi enim dicit non fieri preter eius voluntatem. etiaz quod fit contra eius voluntatem / dissimiliter accepit voluntatem. et non ipsam voluntatem que deus est et sempiterna est. ꝑ eius signa predictis verbis intelligi voluit. i. ꝓhibitionem siue p̄ceptionem et permissionē. Multa em̄ fiunt contra dei p̄ceptum vel prohibitionem que tamen non fiunt preter eiꝰ permissionem. Ipsius nanq̄ permissione omnia fiunt mala / que tamen preter eius voluntatem sempiternam fiunt. Sicut augustinus dicit super illum locum psalmi. vt non loquatur os meum opera hominum. Opera enim hominū dicit ea que mala sunt. que preter dei voluntatem fiunt / que ipse est. sed nō preter eius permissionem que ipse non est. Appellatur tamen ipsa dei volūtas quia deus volens sinit mala fieri. Fiūt et contra eius preceptionem vel prohibitionem. sed non ꝯtra eius voluntatē que ipse est nisi dicantur contra eam fieri / quia preter eam fiunt. Contra eā quippe nichil ita fit / vt velit fieri quod non fiat. vel nolit fieri et fiat. quod euidenter ibi augustinus notauit vbi ait. Quantum ad ipsos attinet quod deus noluit fecerunt. quantum vero ad omnipotentiam dei / nullo modo id facere valuerunt. Ac si diceret. fecerunt ꝯtra dei preceptum quod appellatur voluntas. sed non fecerunt contra dei voluntatem omnipotentem. quia hoc nō valuerunt / illud valuerunt. et ita per hoc q̄ fecerunt contra dei voluntatem. i. preceptum de ipsis facta est voluntas eius. i. impleta est voluntas eius sempiterna qua eos damnari volebat Unde gregorius super genesim Multi voluntatem dei peragunt vnde mutare ꝯtendunt. et consilio eius resistentes obsequuntur quia hoc eius dispositioni militat / qd̄ per humanū studiuz resultat. Hic aperte ostendit. quia dū mali ꝯsilio ac precepto dei resistūt. qd̄ dei voluntas appellatur ea faciunt vnde voluntas eius que ipse est impletur que dispositio vel beneplacitum vocatur. Nam vt ait augustinus in encheridion. quātelibet sint voluntates angelorum et hominum / bonorum vel malorum. vel illud quod deus vel aliud volentium q̄ deus. omnipotentis voluntas semper inuicta est / que mala esse nū quam potest / etiam dum mala irrogat iusta est Et profecto que iusta est mala non est. Deus ergo omnipotens siue ꝑ misericordiam cuius vult misereatur. siue per iudicium quem vult obduret. nec inique aliquid facit. nec nisi volēs quicquā facit. et omnia quecunq̄ vult facit.

Ex quo sensu quedā dicunt fieri circa dei voluntatem q̄ tñ non fiunt p̄ter eius volūtatem. Et ex quo sensu verum sit nichil fieri ꝯtra eius voluntatē.

Gregorius.

Summatim perstringit sentẽtiam predictoruz addens quare deus precipit omnib⁹ bona facere ⁊ mala vitare cum non velit hoc ab omnib⁹ impleri.

Ex predictis liquet. ꝙ voluntas dei que ipse est semper inuicta est nec in aliquo cassatur. ꝑ per omnia impletur. consilium vero eius et preceptio siue ꝓhibitio non ab omnibus impletur quibus ꝓposita et data sunt. Neqꝫ ideo precepit omnib⁹ bona. vel ꝓhibuit mala. vel consuluit optima ꝙ vellet ab omnibus bona que precipit fieri. vel mala que ꝓhibet vitari. Si enim vellet vtiqꝫ ⁊ fierent. q̃a in nullo potest ab homine supari vel impediri eius voluntas. ꝑ vt iusticiam suam hominibus ostenderet. et mali essent inexcusabiles. Deniqꝫ vt boni ex obedientia gloriam. mali ex inobediẽtia penam sortirentur. sicut vtrisqꝫ ab eterno preparauit. Ea ergo que omnibus precepit / vel ꝓhibuit. a quibusdã voluit fieri vel vitari. sed non ab omnibus. et quedam personaliter precepit et in veteri ⁊ in noua lege que ab eis q̃bus precepit fieri voluit. vt abrahe d̃ immolatõne filij. ⁊ in euangelio quibusdam curatis quibus precepit. ne cui dicerent.

Quod aliquando homo bona voluntate aliud vult q̃z deus ⁊ aliquando mala id quod deus bona voluntate vult.

DI. XLVIII.

Scienduz quoqꝫ est ꝙ aliquãdo mala est voluntas hominis idẽ volentis qd̃ deus vult fieri. ⁊ aliquando bona ẽ voluntas hominis aliud volentis q̃ꝫ de⁹. Ut enim bona sit hominis voluntas oportet attendere quid congruat ei velle. et quo fine. Tantum enim est inter voluntatem dei ⁊ voluntatez hominis vt in quibusdã aliud congruat deo velle. aliud homini. Unde augustinus in encheridion. Aliquando inquit bona voluntate homo vult aliquid quod deus nõ vult. bona multo amplius. multoqꝫ certius voluntate. Nam illius mala voluntas esse nunquam potest tanq̃ꝫ si bonus filius patrem velit viuere quẽ deus bona voluntate vult mori Et rursus fieri potest vt hoc velit homo volũtate mala / quod deus vult bona. velut si malus filius velit mori patrẽ velit etiaz hoc deus. Nempe ille vult qd̃ non vult deus. iste vero id vult quod vult et deus. ⁊ tamen bone dei voluntati pietas illius potius ꝯsonat quamuis aliud volentis / q̃ꝫ huius idem volẽtis impietas. Multum enim interest quid velle homini. quid deo congruat ⁊ ad quem finem suam quisqꝫ referat voluntatem vt approbetur vel improbetur. Potest enim velle bonum quod ñ congruat ei velle. ⁊ potest velle bonuz quod congruit. ꝑ non refert ad finez rectum. ⁊ ideo non est bona voluntas.

Aug. Quod secundum duo ꝯsiderant bona volũtate hominis.

Quod bona dei voluntas mala hominuz voluntate impletur vt in passione cristi contigit vbi quondam factum est ꝙ deus bona ⁊ iudei mala voluntate voluerunt. voluerunt tamen ⁊ aliquid quod de⁹ nõ voluit.

Illud quoqꝫ nõ ẽ pretermittenduz ꝙ aliquando dei voluntas bona. per malam hominis voluntatem implet̃ vt in crucifixione cristi factum est q̃ꝫ deus bona voluntate mori voluit. Judei vero impia voluntate eum crucifixerunt. Et volebãt iudei mala voluntate quiddam. qd̃ deus voluntate bona volebat. scz vt cristus pateretur moreretur. sed volebant ⁊ aliquid aliud quod deus non volebat. scz occidere cristum quod fuit mala actio et peccatum. actum quippe iudeorũ

non voluit deus. passionem vero cristi voluit. sicut ⁊ in ipso psalmo cristus ad patrem ait. Tu cognouisti sessionē meam. i. voluisti. et approbasti passionem meam. tibi eñ placuit Voluit itaq; tota trinitas vt cristus pateretur. nec tamen voluit. vt iudei occiderēt quia voluit penam cristi. sed non voluit culpaz iudeorum nec tamen noluit. Si eñ noluisset nec fuisset.

Solutio.

Sz ad hoc oppo nitur sic. Si voluit deus. vt xp̄s pateretur. Voluit vtiq; vt pateretur a iudeis vel non. Si voluit vt non pateret a iudeis cū passus sit factū est itaq; qd̄ voluit deus non fieri. Si autem voluit eum pati a iudeis. ergo voluit eum occidi a iudeis. Voluit itaq; vt iudei occiderent eum..

Responsio.

Ad quod respon dentes dicimus simpliciter concedendum esse q deus voluit cristum pati. mori. quia eius passio bonuz fuit ⁊ causa nostre salutis. Cum autē dicitur volebat eum pati. vel occidi a iudeis hic distinguendum est. Si enim intelligit sic volebat eum sustinere passionem siue crucifixionem a iudeis illatam verus est sensus. Si vero intelligitur sic volebat vt iudei occiderent eum falsuz est. Non enim volebat deus actionem iudeorum que mala erat ꝗ volebat passionem bonam. et hec voluntas p̄ malas iudeorum voluntates impleta est. Aug' i ench. Unde augustinus in encheridiō. Deus quasdam voluntates suas vtiq; bōas implet per malorum hominum voluntates malas. sicut per maliuolos iudeos bona voluntate patris cristus p̄ nobis occisus est. quod tm̄ bonum fuit ut apostolus petrus quando id fieri nolebat sathanas ab ipso qui occisus est diceretur. Ecce manifeste habes magnū bonuz fuisse q cristus occisus est ⁊ hoc bonuz quia petrus nolebat. ideo redargutus est.

Utrum placuerit viris bonis q cristus pateretur et moreretur placuit quidem intuitu nostre redemptionis. sed non ipsius cruciatus.

Ex quo soluitur questio qua queri solet. vtrum viris sanctis placere debuerit q cristus pateretur vel occideretur. Debuit enim eis placere intuitu nostre redemptōnis sed non intuitu ipsius cruciatus. Voluerunt ergo ac vehementer cupierunt xp̄m mori propter liberationem hominis et impletionē diuine voluntatis / ꝗ non voluerunt delectatione ipsius afflictionis. de eodem ergo letabant et tristabantur. ꝗ ob aliud gaudebant. ⁊ ꝓpter aliud dolebant. Volebant ergo cristum mori pro hominis redemptione ⁊ tm̄ de morte ipsius diuersis de causis corda eorum varie mouebant.

Quomō sentiendū sit de passionib' sanctorū an velle an nolle debeamus.

Si vero querit vtrum eodem modo sentiendum sit de passionibus et martirijs sanctorum dicimus aliquam esse differentiam inter passionem capitis et membrorum. Cristi nanq; passio causa est nostre salutis quod nō est alicuius passio sancti Nullius eñ passione redempti sumus ñ cristi. ꝓfuerunt quidem non modo eis q̄ passi sunt. verꝫ etiam alijs fidelibus ipsorum passiones. Verumtamen nostra redemptio non sunt. hoc enim illius sola passio potuit qui deus est et homo. Illius ergo passionem credentium pie mentes voluerunt ⁊ optauerunt fieri sicut futurum credebant. Passiones vo

Qd̄ passiones sanctoꝝ possumus velle et nolle ⁊ vtrūq; bona voluntate.

sanctorum possumus velle et nolle. et vtrumq; bona voluntate si rectos nobis ꝓponamus fines. Cui em̄ placuit pauli passio eo fine quia premium eius per hoc actum ⁊ paratum cernebat / bonaz videtur habuisse voluntatē. que voluntati eius ꝯgruebat qua cupiebat dissolui et esse cum xp̄o. Qui autez voluit eū declinare passionem ⁊ effugere manus iniquoꝝ cum passione pietatis / et ille habuit bonam voluntatē. Unde aug̃. in ench. Bone apparebant voluntates piorum fidelium qui nolebant apostolum paulum hierusalez pergere ne ibi pateretur mala q̄ agabus propheta p̄dixerat. ⁊ tñ hoc illum deus pati volebat pro annunciāda fide cristi exercēs martirem cristi. neq; ipse bonam voluntatem suam impleuit per cristianorum voluntates bonas. sed per iudeorum malas ⁊ ad eum potius ꝑtinebāt qui nolebant qd̄ volebant q̄ꝫ illi per q̄s nolentes factum est quod volebat quia idipsum mala voluntate fecerunt quod deus bona voluntate voluit. Ita et in passione cristi factum est. quod enim deus voluit hoc idem iudas ⁊ dyabolus. sed illi mala voluntate. deus vero bona voluntate. s. vt cristus moreret. Verūtamen illi actum voluerunt quez deus non voluit.

Aug⁹ in ench

Explicit primus liber de misterio trinitatis.